


1581







TRACTATVS.

DE VISITA TIONE, CIRCA TEX.

in Capit. 3. Concilij Tridentini Sess. 24. de Reformatione.

Autore Balthassaro Altamirano iuris consulto, Sanctæ inquisitionis Cōmissario, ex oppido de Sālucar la mayor, in conuentu Hispalensi.



CVM PRIVILEGIO.

Hispali, Apud Andream Pescioni.

Expensis Antonij Viues, & Didaci Nuñez Ortizij.

Anno. M. D. LXXXI

Ex libr PP. Ertarū Camaldulen. Montis Regij ppe Varsaviam

po
c
zino
med
auia
tado
cupa
jo,su
Priu
mir
ater
publ
ning
vue
stra
del
mer
dar
cha
qua
q vo
re,y
zer
haz

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Balthasar Altamirano, vezino de la Villa de Sant Lucar de Barrameda. Nos a sido fecha relacion que vos auiades cõpuesto vn libro intitulado Tratado de visitaciõ, y enello os auiades ocupado mucho y puesto y passado trabajo, suplicandonos vos mandassemos dar Priuilegio y licencia para le poder imprimir y vender, por tiẽpo de veynte años, atento q̃ era vtil y prouechoso para la republica para q̃ durante el tiempo, otra ningũa persona le pudiesse imprimir sin vuestro consentimiento, o como la nuestra merced fuere. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por hazeros bien y merced fue acordado, q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, e yo tuue lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad para q̃ vos o la persona q̃ vuestro poder vuiere, y no otra persona alguna podays hazer imprimir el dicho libro q̃ de suso se haze minciõ, enestos mis Reynos de Castilla.

ſtilla, por tiempo y eſpacio de diez años, primeros ſiguientes que corren y ſe cuentan deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante ſopena que qualquier perſona o perſonas, que ſin para ello tener vueſtro poder lo imprimiere o vendiere o hiziere imprimir o vender, pierda toda la impreſsion que hiziere con los moldes y aparejos de ella y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo denunciare, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara y fiſco. Con tãto que todas las vezes que vuieredes de hazer imprimir el dicho libro durante el dicho tiempo de los dichos diez años le traygays a nueſtro conſejo, juntamente con el original que enel fue viſto que va rubricado, y firmado de Miguel Ondarze çaua la nueſtro ſecretario de camara de los q̃ reſiden en el nueſtro Conſejo para que

ſe vea

ſe vea ſi la dicha impreſion eſta confor-
me a el, y ſe os taſſe el precio a como ſe
vuiere de vender ſopena de ella y de in-
currir en las penas contenidas en la di-
cha prematica, y mandamos a los del nu
eſtro Conſejo, y a otras qualeſquier juſti
cias deſtos nueſtros Reynos os guarden
y cumplan y executen eſta nueſtra ce-
dula y todo lo en ella contenido. Fecha
en Badajoz Iueues a ocho dias del mes
de Henero de mil y quinientos y ochen
ta y vn Años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.
Antonio de
Eraſſo.

ILLVSTRISS. Sapientiss. q; viro Domino meo Licentiato Chumacero de Sotomayor Philippi. II. Hispaniarum Regis inuictissimi, summi Prætorij & Regij senatus Consiliario, Balthassarus Altamirano Catholicæ fidei Commissarius, diuturnam incolumitatem sempiternamquè fœlicitatem præcatur.

CVM solicitus cogitarem (vir sapientissime, & ætatis nostræ lumen fulgentissimum) cui præcipue mortalium, meorum studiorum primum fructum, ex vetustissimo hominum more dicarem. Tu primùm solus occurristi: Cum & hoc munere etiam si exiguo dignissimus esses. Maximè cum in iuris prudentia, vt pote difficillima, ita vtilissima te nemini cedere palā sit. Cuius literarij fructus inter doctissimos quosq; viros in Salmanticensi præsertim totius Hispaniæ nobilissima Academia fœcundissimi fuere. In qua cum primū pueritiæ fines vix egressus fuisses: in D. Bartholomei collegium & honorificum consortium cunctis laudantibus & aprobantibus receptus, postea cum maximo totius scolæ applausu gimnasiarca Cathedrarius creatus fuisti & cum scientia insignes, atq; etiam in virtute cunctos superasses: tamquam per gradus quosdam ad summum dignitatis fastigium ascendisti: ita vt nec intercesserūt multa mensium curricula, vt à Rege nostro Philippo in Granatens. Senatum designatus fuisses. Quod tam insigne munus adeo religiose semper administrasti: vt idem

Rex

Rex tuarum virtutũ nomine adductus, & à Deo Optimo Max. inspiratus, te vltro (vt solet complures alios, pietate & doctrina antecellentes) in ordinem patrum amplissimorum summi Prætorij & Senatus Regij accersendum existimauit. Inter quos tanto fulges splendore, & animi magnitudine, vt dete cunctis raram quandam spectationem exhibeas. Cum ergo hæc omnia, & multa alia in te considero: riuulorũ meorũ fontem (post Deũ) à te quasi ex vastimo Oceano scaturire certo scio: quem parentem duco, & reuerear: & cui meorum operum primitias offero. Istud tamen gloriari mihi conuenit, licetq; cum multis satius est, vt proprium iactem, cum hoc satis superq; sit; quo me offerre possim. Exeat in lucem, si ignoscis (vir obseruandissime) libellus hic: quod si facis, scio fœlicissime persecuturum, & multæ autoritatis atq; existimationis habiturum: Omnes quippe inuidorum & maleuolorum morsus tua autoritas, tuumq; celeberrimum nomen retundet, velut sub Aiacis clypeo delitescens. Quare gratiorem vnquam rem facere haud potui, quàm si hos meos labores libenter accipias: Accipe igitur mi Mecenas hilari vultu hoc tenue munus: & Deus Opt. Max amplitudinem tuam mihi quam florentissimam seruet, vt mea studia sub tali Corypheo & protectore valescant. Vale.

* *
*

GASPARVS ALTAMIrano in Cõplutenſi gymnaſio Sacræ rei Medicæ Doctor, Licentiato Balthaſſaro Altamirano fratri ſuo chariſsimo, catholicæ fidei iudici Cõmiſſario, atq; in Theologiæ facultate, Iuriſq; prudentia, omniq; diſciplinarum genere vndecumq; doctiſsimo, ſalutem P. Dicit.

SI famæ rerum ſtandũ eſt, vt grauiſsimus hiſtoriæ ſcriptor Liuius affirmat (frater chariſsime) quæ omnem ſuperat antiquitatẽ, atq; certã derogat vetuſtas fidem: vt de illo iuuene bello & egregio Marco Curtio de Rep. Romana quàm optimè merito, ſiquidẽ pro illa equo inſidens, in ſpecũ immenſæ altitudinis armatus deſilierit: Admirandũ ſane facinus, tali tamq; forti viro dignũ. At non minori laude dignũ te exiſtimo, mi frater: cũ non ſolũ Reip. ſed etiam vniuerſo hominum generi maximè conſulueris. Declarat id palã liber hic egregius atq; eruditiſsi-

tiſsimus. Nam quis erit, vt cetera taceã
quẽ non reficiat,ac recreet tam recondi
ta eruditio,tantaq́; rerum varietas,quan
tã tu magno iudicio in iſtud tuum opus
contuliſti? Ego vero,mi frater, ſic exiſti-
mo,non ſolũ iſtud tuum laborem quẽ in
enarratione huius operis ſuſcepiſti, dig-
nũ eſſe,quẽ ſtudioſi bonarum artiũ pedi-
bus manibuſq́; excipiant. Sed ex eo con
ijcio quantum abſte Academiæ omnes,
ſi proceſſeris ſperare debeant. Perge tu
tamẽ fœlicibus auſpicijs, nec te (præpo-
ſterè nati quidam inuidi & ab omni inge
nij cultu alieni: miſeri enim hi ſunt, atq́;
ingenio imbecilles: quod tanquàm parũ
irrident,atque damnant) ſolicitet. Nam
inter eximias præclaraſq́; tui animi do
tes,ac virtutes prope diuinas quibus illis
tãtũ antecellis ac præſtas omnibus, hoc
vnum in te potiſsimũ ſemper mihi viſum
eſt,quod nullũ vnquàm in toto vitæ cur
riculo ab ipſa præcipuè in eunte adoleſ-
centia tẽporis momentum præterlabi ſi
nis: quo nõ aliquid hijs ſtudijs, optimiſq́;

 diſci-

disciplinis sapienter intra tuos priuatos parietes addas: contra morem & exemplum aliorum. Omnes qui te norunt, hoc bene sciunt mi fratre, vti magistri illi ac philosophi veteres quos superare mihi videris: nec dicere hoc possum, quam incredibiliter librorum speculatione delecteris, vt Mineruam, non minus quã Dianam in montibus & silius subinde ac in domo tua amplecteris. Perge, perge, iterum dico mi frater, atq; hoc quidem tuũ tã sanctum tãq; salubre institutum sectare, quod non mediocri mortalium bono & cũ sempiterna quoq; nominis tui gloria eueniet. Quippe autor egregius cum sis, tantusq; in omni arte, vt non immerito tum Patriam nostram, tuosq; cõsanguineos & amicos, tùm deniq; sæculum hoc nobiltaueris, illustrauerisq; tui nominis vmbra. Huius igitur oppidi de Sãt Lucar lumen mi frater decus & ornamentum. Vale, & ad maiora opera vt facis animum adde, quæ te & sæculũ fortasse tuũ illustrent, Diu viuas, præcor patriæ splendor,

dor, fæculi tui decus,& ornamentũ. Sed
vereor ſanè(nec hoc tacere poſſum) ſi
patris noſtri vnde quaq; doctiſsimi nec-
non & ſapientiſsimi, ac famigeratiſsimi
viri fratris noſtri Lazari Altamirano, hoc
in loco mentionem aliquã fecerim, quo
rum mortem æquo animo ferre nemo
bonus poterit: ne fortaſis meum mærorẽ
exagitem,& te in eundem luctum reuo
cem. A quibus tu mi frater non dege-ne
raſſe videris ſed ſimilem proceſiſſe; ne di
cam ſuperas ſe multum. Optima quidem
hæreditas aparentibus tradita liberis ea
cenſetur, optimoq; patrimonio præſtan
tior gloria videlicet virtutis,& inſi
gnis fama meritorũ. Iam dixi, va
le, iterum atq; iterum, dico lõ-
gum vale, Neſthoreoſq;
vincas fœliciter
annos.
(.?.)

PROOEMIVM.

CVM pietas diuina his nostris tẽporibus inspirare fidelium cordibus sit elargita: vt Sacro sancta OEcumenica, & generalis Tridẽt. Synodus sub Paul. III. & Iul. III. etiã Pio. IIII. fœliciter cõgregata atq; cõfirmata: ad excolẽdũ agrũ Dominici gregis, reformandũq; statũ ecclesiasticũ enormitatibus perniciosis, et deformitatibus plenũ: Vt diuinus honor restoreret interris, lumẽq; Catholicæ veritatis Christo vera luce largiẽte effulgeret ecclesiasticæ libertatis cõseruatio subsisteret & nauis Christiana salubriter regeretur, ac in portũ salutis perduceretur. Quæ quidẽ Sancta Synodus in Spiritu sancto legitime cõgregata, huiusmodi deformitates prospiciẽs: palã curare decreuit salutaribus monitis, quãtũ potuit. Propter quod certa decreta, certasq; ordinationes, & statuta solẽnia fecit, & cõdidit. Quibus decretis nihil potest, nec addi, nec adimi: præcipue in hac nostra materia Visitationis in varis, diuersisq; locis feliciter vsq; ad Colophonẽ posita: maxime & in expresso in cap. 3. sess. 24. de Reform, incipit Patriarchæ. Quẽ textũ agredior declarare: Ad cuius expositionẽ sic diuido. Primo declarat per quos Visitatio fiat. Secũdo demõstrat, præcipuus Visitationis scopus qualis sit. Tertio prohibet, ne Visitatores graues, onerosi vè sint. Quarto instruit patronos quibus minime se ingerãt. His peractis huius Decreti interpretatio absoluetur, ad laudẽ & gloriã Omnipotẽtis Dei, Beateq; semper Virginis Marie, nec nõ ad fœlicẽ recordationẽ Illustriß. D. Didaci de Anaya Archiepisc. Hispa. D. Bartholomei collegij fundatoris patroni nostri Quæcũq; præterea scripsero cẽsuræ S. R. ecclesiæ subijcio

CAPIT. III. CONCILII Tridenti. Sess. 24. de Reformatione.

De authoritate, modo & ordine visitandi ecclesias, atque etiam de stipendo. Cap. III.

PAtriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriã diœcesim perseipsos, aut, si legitime impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, Visitatorem, si quotannis totã, propter eius latitudinẽ visitare non poterũt, saltem maiorem eius partẽ: ita tamẽ, vt tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittãt. A Metropolitanis vero, etiã postplene visitatam propriam diœcesim, non visitentur cathedrales ecclesiæ, neq; diœceses suorũ cõprouincialiũ, nisi causa cognita & probata in Concilio prouinciali. Archidiaconi autẽ, Decani, & alij inferiores in ijs ecclesijs, vbi hactenus visitationẽ exercere legitime consueuerunt, debeãt quidẽ asũpto notario, de consensu Episcopi deinceps perseipsos tantũ ibidẽ visitare. Visita-

catores etiã, a Capituli deputandi, vbi Capitulũ ius visitandi habet, prius ab Episcopo approbētur: sed nō ideo Episcopus, vel eo impedito, eius visitator easdē Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur, cui ipsi Archidiaconi, vel alij inferiores, visitationis factæ infra mēsem rationē reddere, & depositiones testiũ, ac integra acta ei exhibere teneātur: nō obstātibus quacunq; consuetudine, etiā immemorabili, atque exēptionibus, & priuilegijs quibuscunque. Visitationũ autē omniũ instarũ præcipuus sit scopus sanā orthodoxāq; doctrinā, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populũ cohortationibus, & admonitionib9 ad religionē, pacē, innocētiāq; accēdere, cætera prout locus, tēpus, & occasio feret, ex visitantiũ prudētia ad fidelium fructũ cōstituere. Quæ vt facilius, feliciusq; succedāt, monētur prædicti oēs, & singuli, ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate, Christianoq; zelo oēs amplectātur, ideoq;, modesto cōtenti equipatu, famulatuq; studeāt quā celerrime,

debita tamen cum diligentia, visitationẽ ipsam absoluere. Interimque caueant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graues onerosi ve sint, neve ipsi, aut quisquã suorum quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorũ ad pios vsus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercunq; offeratur, accipiãt: non obstante quacumque cõsuetudine, etiam immemorabili: exceptis tantum victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non vltra erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint soluere idquod erat ab ipsis ante solui, certa pecunia taxata, consuetũ, an vero prædicta victualia subministrare: saluo item iure conuentionũ antiquarum cum monasterijs, alijs ve pijs locis, aut ecclesijs non parrochialibus inito ꝗ illæsum permaneat. In ijs vero locis seu prouincijs, vbi cõsuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, necquidquã aliud

a Viſitaioribus accipiatur,ſed omnia gra
tis fiãt,ibi id obſeruetur. Quod ſi quiſquã
quod abſit,aliquid amplius in ſupradictis
omnibus caſibus accipere præſumpſerit
is præter duplici reſtitutionẽ, intra men
ſem faciẽdã, alijs etiã pœnis iuxta Cõſti-
tutionẽ Cõci.generalis Lugdunẽſis, quæ
incipit,Exigit:necnõ & alijs pœnis in Sy
nodo prouinciali arbitrio Synodi, abſq;
vlla ſpe veniæ,multetur. Patroni vero in
ijs quæ ad ſacramentorũ adminiſtratio-
nem ſpectant, nullatenus ſe præſumant
ingerere, neq; viſitationi ornamentorũ
eccleſiæ,aut bonorum ſtabilium, ſeu fa-
bricarum prouentibus immiſceant, niſi
quatenus id eis ex inſtitutione,ac funda-
tione cõpetat:ſed Epiſcopi ipſi hæc
faciant,& fabricarum redditus in
vſus eccleſiæ neceſſarios,& vti
les,prout ſibi expedire ma
gis viſum fuerit, ex-
pendi curent.

(∴)

TRACTATVS VISITATIONIS CIRCA TEX. IN CAP. III. DE REformatio, Concil. Tridenti. Sessione. XXIIII. Incipit Patriarchæ Primates, &c.

IN VERBIS PATRIARchæ, Primates.

1 Patriarchæ & Primates licet diuersa sunt nomina, tamẽ vnã formã tenent: & idem sunt.

2 Inter Patriarchas & Primates quatuor sunt principaliores.

3 Patriarcha, que significa.

4 Primas o Primado, significa primero despues del Papa.

5 Primates constituũtur vbi apud Ethnicos, Protoflamines.

6 Archiepiscopi ponuntur, vbi Archiflamines erant.

7 Presumitur maior, qui primo nominatur.

8 *Ordo verborum describit ordinem intellectus.*
9 *Secundũ ordinẽ dignitatis, debetur ordo loci.*
10 *Patriarcha & primas visitare possunt suam diœcesim.*
11 *Quem ordinem Patriarcha & Primas seruabunt in visitatione.*

1 ¶Patriarchæ & Primates licet diuersa sunt nomina, vnam formam tenent, & idem sunt.tex.in cap. De Primatibus. & cap. prouincie.99.distin.in ca. duo simul.de officio ordin.glos.verb. Patriarchis.ca.1.§.&quonian de statu regul.lib. 6.glos.verb. Archiepiscopi Exrauag.cõmuni.de censibs incipit vas electionis.
2 Quorum quatuor sunt principaliores videlicet Constantinopolitanus, Alexãdrinus. Antiochenus, & Hierosolymitanus & attende,quod Antiochena ecclesia fuit prior tempore quã Romana tex. in cap.renouantes. 22. dist.dequo dic.vt in cap.mos antiquus.65.distin. & in cap. antiqua de priuileg. Et facit ad prædicta tex.

tex.in.cap.omnes ſiue.22.diſtin. & capi. exigit & cap. felices.de cenſibus.lib.6. & in extrauag.ſi fructuum ne ſedeuacant. Ioannis.22.&plenius in extrauag.ſancta Romana,Ioãnis.22.de religioſis domib. & Antiochena an fuit prior quã romana vide tex.in ca.Rogamus & ibigloſſa. 24. queſt. 1. nam Dominus eccleſiam ſuam Romæ inſtituit,vt not. Petrus a Monte tractatu Monarchia conciliorũ. Alij ve ro patriarchæ dicũtur primates propriè, vt Aquilegienſsis. Cantuarienſis Bituricenſis,Toletanus,tex.in capitul. nullus primas. 9. queſt.3. fere per totum, capit. duo.de offici.ordini.l.12.titu.5.par.1.iſti tamen quandoquè vocantur improprię patriarchæ, vt Speculat.de diſpenſa tion.§.ſunt quoque.nu.2. ſequitur Ioan. Franciſcus Pauin tractatu. de officio & poteſtate.capit.ſedeuacante preludio.6. nume. 13. vbi dicit ſunt etiam primates in Italia Archiepiſcopus Piſanus in Vngaria Archiepiſcopus Stirgonienſis: in

Germania Archiepiſcopus Magdeburgenſis:in Hiſpania Archiepiſcopus Toletanus:in Frãcia Archiepiſcopus Vienẽſ. & Bituricẽ.de quo Bituricen.habetur in c.fin.de mayor.& obedien.& rex.in c.exposuit de dilationibus.Lugdunenſ.appellaſſe primatem galliarum, Archiepiſcopus Eboracenſ.de quo in c.1.de appellat, Archiepiſcopus Toletanus in Hiſpania primas eſt.c.cũ longe 63.diſt. gloſ. verb. primado.l.10.in fin.et l.9.tit.5.p.1,vbi dicit lex Patriarcha.

3 Tanto quiere dezir como cabdillo de los padres,que ſe entiende por los Arçobiſpos,y por los Obiſpos,ca pater en latin tãto es como padre, y Arcas en Griego tanto quiere dezir, como Principe que es caudillo en nueſtro lenguaje, e Primado.

4 Tanto quiere dezir como primero deſpues del Papa, y eſſa miſma dignidad tiene que el Patriarcha, como quiera q̃ los nomes ſean departidos,gloſ.fin. in c.

vrbes

vrbes.80.dist.dicit idem est Primas & Patriarcha,et dicit lex,diferentia tantũ nominis est inter pignus & hypothecã,allegat.l.res hypothecæ.§.inter pignus.ff.de pignoribus. Primates et Patriarchæ in quorum loco sin sufecti,& superpositi,videndi sunt Lucius Clemens atq; Anacletus papæ in d.c.vrbes,& c.in illis,et in c. Episcopi.80.dist.vbi subdunt, quod Primates.

5 Ibi constituuntur, vbi olim apud Ethnicos Protoflamines ponebantur,& ibi ponuntur.

6 Archiepiscopi vbi Archiflamines erant declarat Hugo in tracta. de officio quatuor prælatorum parte 4.n.2.ibi qualis officialis imperator ante conuersionem habuit.Et qui sint Archiflamines,& Protoflamines,vide.21.dist. in princ. & 80.dist.per totũ.Itaq; Primas & Patriarcha an sint idem,& an in aliquibus diferant,vide Spec.de iurisdict.omnium iud. §.1.n.8.& addition.ad Abb.in c.1.de trãslatio.

ſtatio.Epiſcop. in principio.
7 ¶ Patriarcha& primas ponũtur in primo loco ſecundum ordinem dignitatis. Preſumitur enim mayor qui primo nominatur.tex.in capit.bene quidem gloſ. verb.Mediolanenſem.96.diſt.gloſ.verb. predicatorum.c.quorundam de electio. lib.Bal.in l.cum quidã.C. de ver. ſig.n.3.
8 ¶ Nam ordo verborum deſcribit ordinem intellectus.Quid autem erit dicẽdum de Cardinalibus præferendis patriarchis,an hoc preueniat ex conſuetudine,vide Felin.in Rubric.de mayor , & obed.col.1.&.2.& ſecundum.
9 ¶ Ordinem dignitatis debetur honor loci.l.1.ff.de alb.ſcri.&.l.2. C.vt dignita. ord.ſeruet.lib. 12.
10 ¶ Patriarca & Primas , viſitare poſſunt ſuã diœceſim. Vt ex tex.noſtro colligitur & ex cap.felicis,& c.exigit.de cenſibus lib.6. ſed omnia loca & omnes perſonas deputatas in ocultui viſitabit ſecũdum.dd.in.c.1.§.ſane.decen.1. in.6.&So

cinus

cinus in tractu de viſitatione. n. 4.

11 ¶ Arbitror ego quod reſpectu propie dioceſis cujus eſt epiſcopus (aliquando namq; Epiſcopi appellantur) eam poteſtatem viſitandi habebit quā habet Epiſcopus in ſua dioceſi. Reſpectu vero prouinciarū ſuffraganeorū ſuorū hoc eſt archiepiſcoporū qui dicuntur ſuffraganei ſui vt habetur. c. 1. 99. d. Arbitror quod eūdem ordinem & formam debeat ſeruare Primas in viſitando prouincias ſuffraganeorum ſvorum, & dioceſis Epiſcoporū quarumcumq; prouinciarum ſibi ſubjectarum, quam ſeruare tenentur Archiepiſcopi, reſpectu diœceſſium ſufraganeorum ipſius. Vnde primo debent propriā dioceſim viſitare vt dicemus poſtea. Sicut enim ſe haben Epiſcopi ad metropolitanos ſuos, ita ſe habent Metropolitane ad Primates. Secundum quod hæc legi poſſunt in. d. 1. c. 99. diſt. & per totum & per tex. in. c. duo ſimul de offic. ord. & per Marianū ſoc. tract. de viſit. li. 5.

ibi quarto quæro Abb.in c. duo simul. n. 1. de offic. ordin.

IN VERBO METRO politano.

1 *Metropolitani unde dicatur remissiue.*
2 *Metropolitanus & Archiepiscopus solum diferunt nudis verbis.*
3 *Dignitatem Archiepiscopi minorem esse, quã Patriarchæ & Primates.*
4 *Ascenditur enim de dignitati minori ad maiorem.*
5 *Dignioribus dignior locus debetur.*
6 *Patriarchæ & Primates in Concilio generali præferuntur in sede cæteris Episcopis.*
7 *Metropolitano licet suam diœcesim visitare.*
8 *Archiepiscopus quã formam habebit in visitatione.*
9 *Quare Archiepiscopus prius visitat suam diœcesim, quam suorum suffraganeorum.*
10 *Capite languescente cetera membra inficiũtur.*
11 *Membra caput sequitur.*

23 *Nulla est excusatio pastoris, si lupus oues comedat, & pastor nesciat.*

24 *Portio quæ accesserit possessionem bonorum, auget legata, ita è conuerso minuit.*

25 *Quod oppositum in opposito, id operatur propositum in proposito.*

26 *Pastor tacendo occidit, quos reprehendere noluit.*

27 *Error, cui non resistitur, approbatur.*

1 ¶ Super isto verbo videbimus de Metropolitanis, qualiter visitare teneantur propriam diœcesim. Metropolitanus secundum Isidorum lib. 7. c. 12. ætimolog. Dequo est tex. in. c. cleros. 21. di. dicitur á mensura ciuitatum. Singulis enim prouincijs preeminet. Propterquam de nominationẽ carpitur Isidorus a Didac. de Cou. in. c. 19. n. 2. praticarum. que. vbi videbis a quibus deriuetur.

2 ¶ Inter Metropolitanum & Archiepiscopum ponit diferẽtiam glos. 1. c. presenti. de of. ord. lib. 6. sequendo opinionẽ

Archid.

Archid.Guliel.autem in clementina Ar chiepiſcopo de priuil.dicit eſſe idem, & ſolũ differũt verbis nudis,notat gloſ.ver bo.Archiepiſcopi in extrau.Vas electio-nis inter cõmun.de cenſibus & exact.gl. verb.metropolitana in prag.Sãct.decol-lation.§.primo cum.foll.212.col.2.Fran. Pauin.tract.de offi.& poteſta.capituli ſe deuacant.prælud io.6.n.14.

3 ¶ Ex ordine literæ noſtri tex.cognoſ-citur dignitatem Archiepiſcopi minoré eſſe quam Patriarche & primatis. Idem prouatur ind.capit. cleros.21.diſtinctio. capitul.in illis.80.diſtinctio. Abb. c. duo de offi. ordin. nu.1. &. 2. vnde videmus de Archiepiſcopo quem promoueri in Patriarcha.

4 ¶ Aſcenditur enim de dignitate mi-nori ad maiorem.capit.legimus.93. diſt. l.vt gradatim.ff.de mune. & honoribus.

5 ¶ Itaque dignioribus dignior locus debetur capitul. Metropolitano.63.diſt. capitul. final.75.diſtin. Et ibi gloſſ.gloſſ.

verb.

verbo. altiori.§.illam inſt.de bono. poſ ſeſſ.Neq;eſt decens maiores dignitate á minoribus præcedi.c.legimus.93.di.
6 Vnde in conſilio generali preferũtur in ſede Patriarchæ vel.Primates ceteris Epiſcopis.c.fin.93.diſt.gl.in c.fin.17.diſt.
7 Metropolitano licet viſitare ſuã diœceſim.c.1.&.c.2.de cen.li.6.c.cum apoſt. c.ſopite.c.ſuper eo.c.cum nuper.eo.tit.l. 2.4.5.6.&.7.titu.22.p.1.tex.in c.4.de ref. in Cõc.trid. ſeſ. 6.& in.c.6.de ref.ſeſſ.25.
8 Archiepiſcopus in ſua viſitatione obſeruat formam.c.1.de ſenſibus.lib.6.& viſitatio fiet á capite prius viſitando capitulum ſuum, & eccleſiam ſuam metropolitanam. Deinde eccleſias ſuæ ciuitatis.Deinde æccleſias ſuæ diœcæſis, poſtea poterit viſitare diœceſes ſuorum ſuffraganeorum.tex.ind.c.1.l.4.titu.22.p.1. qui tex.dicit Archiepiſcopum prius debere viſitare capitulum ſuæ eccleſiæ. Intellige ſi conſuetudo ſpecialis aliud non habeat argum.tex.in.c.1. de offic. ordin.
lib.

libr.6.

9 Sed queritur, quare prius visitare teneatur suam diœcesim quam suorum suffraganeorum diœcesim, vt iura petunt. Prima ratio est quã ponit glos.2.ind.c.1. & glos.verb.integraliter.c.cum personæ de priuileg.lib.6.nam est ratio edenda.l. argentarius.ff.de edendo.

10 Quo lãguescente cetera membra infi cũtur.c.ex merito.6.q.1.c.sicut. 2. qu.7.

11 Quorum membrorum officiũ est ipsum caput sequi, Mart. laud. intract.de principibus.q. 5. ergo qui alios corrigit, prius corrigat se.

12 Et iudicet de alterius errore, qui non habet in seipso qui cõdemnet, c.judicet, 3. questio. 7. quem textum Sanctus Thom.. tribuit.Augustino super psalmos cum tamen sit deductus ex Ambrosio in psalm. 118. Miserationes tue multe nimis Domine,secundum iudicia tua viuifica me. Secunda ratio potest esse quia talis est actus exterior charitatis, & secũ

dum

dum talem ordinem debet a se incipere l.preses.C.de seruitutem,& aqua.Ex predictis infertur ratio, quare prius debeat Archiepiscopus capitulum suum totum visitare.

13 ¶ Quoniam capitulum facit, vnum corpus cum illo.ca.nouit.de ijs quæ sint aprælat.merito ergo abipso capitulo ex ordine charitatis debet prius inchoare, tenet Ioann.Andr.ind.capitul. 1. & non solum tenetur visitare suam Ecclesiam Cathedralem prius,sed etiam ecclesiam matricen,si forte ibi non est ecclesia Cathedralis. Tenet Ioan.Andr.vbi supra & Doctores sequntur.

14 ¶ Quoniam etiam Catedrales Ecclesiæ matrices dicuntur.capitul.1. de prescript. capitul. venerabili. de verborum significatio.sed an Archiepiscopus primo debeat visitare propriam ciuitatem, quam diœcæsim. textu. ind.capitul.1. in principio ex ordine litere videtur velle quod sic,cum primo ponat ciuitatem vt

caput, deinde subjiciat diœcesim. Sed host. & Ioan. monach. dicunt quod talis ordo est seruandus in prouincia quo ad æcclesiam ciuitatem & diœcesim Metropolitanã. Sed quo ad suffraganeos si difficultas vel commoditas sit indicto ordine seruando, non putant ordinem necessarium. Ioan. Andr. quem allegat & sequitur Domin. in dicto. capitul. 1. §. denique. num. 6.

15 ¶Si vero aliter fit, ita vt Archiepiscopus non á capitulo incipiat, potest appellari a preuentione ordinis, ita notat Dominicus in d. capi. 1. in princip. nu. 4. vbi refert Ioan. Monac. dicẽtem, quod si Archiepiscopus non seruat visitando ordinem dicti. capi. 1. processus ab eo factus est nullus, quia est ordo substantialis, vnde reddit processum nullum capitulo cum dilecta de rescripris. l. prolatam. C. de sentent. & inter locutione omni. Iud. Et dicit quod super nullitate vidit literas dari pær cancellariam.

16 Et quod Archiepiſcopus in rebus e piſ copalibus,& Epiſcopus in rebus capellarum ſuarum eſt viſitator a jure.c. fraternitatem.71.diſt.Ioan. Franciſcus Pauin. tract.de officio & poteſt. Capituli ſedeuacante.q.9.ſecundæ partis principal.n. 3.allegat tex.in cap.final.10.q.2.& debet viſitare capitulum ideſt eccleſiam.

17 Capitulum namq; eccleſie cathedralis dicitur eccleſia c,apoſtolica. 56. diſt. cum clerici de verborum ſig. in pragm, ſanct. de electionibus c, ſicut §. quanta tom.fol. 75.col.1.infin,

18 Vbi dicit quod canonici dicuntur eccleſia,& dicit Ceſar Lanibertin. de iure patron.q.2.arti.13.p.1.libro.2.n.2. Quod vbicunque.

19 In lege el ſtatuto,aut diſpoſitone, alia fit mentio de capitulo,tunc ſoli canonici ob excelentiam comprehenduntur,& & non comprehendũtur decani & ſimiliter probãt tex. in cap.ex parte de cani. & c.eam te de reſcriptis vbi Ant.& Ioã. de

de Imol. propterea sacrum Cõcil. Trid. ind. c. 4. sess. 6. proinde statuit circa capitula & etiam illorum personas.

20 ¶ hæc dictio persona ponitur pro quocumq; ministro ecclesiæ, clem. 1. de etate & qualita. in princ. glos. verb. personę de collationibus. §. in ecclesijs in pragm. Sanct. fol. 245. col. 1. sequitur Io. Mõtaigne tract. de autoritate conciliorũ in princi. n. 8.

21 ¶ Vbi dicit q̃ canonici ecclesiarum cathedralium dicuntur clerici primi gradus, allegat Inn. in c. sedes Apostolica. de prescript. & ibi dat rationem quare dicantur primi gradu. De Archiepiscopis postea latissime dicemus in verb. metropolitanis. Solum debent aduertere quod Archiepiscopi sunt prælati.

22 ¶ Et prælatus debet visitare suos subditos. c. 1. & c. ad hæc. de offic. archid. c. irrefragabilis. de offic. iudic. ordin. Et debet adhibere magnam diligentiam corrigẽdo suorum subditorum excessus, & reformãdo eorum mores, neforte sanguis omniũ Christi de suis manibus requiratur.

23 ¶Et nulla est excusatio pastoris, si Lupus Oues comedat, & pastor nescit, ca. quam vis. de regul. iur. Concilio Triden. sess. 6. c. 1.

24 ¶Nã quemadmodũ portio, quæ possessionem bonorum accesserit, auget legata: ita quæ ab scesserit minuit.

25 ¶Nã q oppositũ in opposito, id operatur propositũ in proposito, l. & si contra tab. ff. de vulgari & pup. & obid non poterit cũ apostolo dicere, mundæ sunt manus meæ à sanguine omniũ vestrorũ

26 ¶ Mũdus ergo non est á sanguine eorum, qui cum increpare delinquẽtes noluerit, eos procul dubio tacẽdo pastor occidit, c. Ephesis. 43. dist. Ideo innocẽ. ausus fuit dicere.

27 ¶Quod error cui nõ resistitur approbatur. Et veritas opprimitur, cum nõ defensatur. Si negligis perturbare peruersos, & non facis, nihil aliud committis, quam fouere, & qui manifesto facinori desinit obuiare nõ caret scrupulo societatis occulte. c. error &c. cap. Consentire.

titul.

83. distinct.cap.1.de offic.Delegat.l. 48.
titul.5.p.vbi multa admiratione digna.

IN VERBO ET EPISCOPI.

1 *Episcopatus an sit culmen dignitatum.*
2 *Cardinalis est maior in officio, Episcopus maior in ordine.*
3 *Episcoporum dignitas vsq3 ad tempus Clementis, 5. maior cunctis fuit.*
4 *Episcopus dicitur super intendens.*
5 *Episcopi, & prælati officio nihil est periculosius in hac vita.*
6 *Episcopi officium est magis oneris quā honoris,*
7 *Episcopus tenetur visitare diœcesim.*
8 *Episco. dū visitāt, procedūt etiā appel remota.*
9 *Episcopus an primo visitabit capitulum suūdē inde æclesiā & ciuitatē postea autē diocæsim*
10 *Episcopus est caput, capitulum est membrum.*

1 ¶Hic videre oportet de Episcopis, & qualiter in visitatione debet procedere. Licet ordo episcopalis talis sit quo mayor aut par non reperiatur. Et episcopatus dicitur culmē dignitatū

non tamen dicitur supremum culmen. Nam Cardinalatus, Patriarchatus, vel Primatus, dicitur aliud culmen vt dignius.

2 ¶Cardinalis est maior in officio, licet Episcopus sit maior ordine. c. quanquam 2. q. 7. ibi glos. solennis vbi bona additio. Bart. in l. 1. §. siquis circa princ. ff. de appellat. allegat fel. in Rubr. de maior. & obe. n. 9. vbi dicit quod estāte stylo curiæ Romanæ non erit verum, quod Episcopatus dicatur culmē dignitatum vide glos. pen. in l. 9. tit. 5. p. 1.

3 ¶Episcoporum dignitas vsq; ad tempora Pape Clementis quinti, & Io. 22. in Ecclesia Dei, ita in excelso honoris & existimationis fastigio posita fuit, vt dignitate deprimi, ac gradu minui arbitraretur, si episcopus assumeretur ad Cardinalatus officium, Gomes. in procem. Regul. cācel. de diminution. dignit. Episcoporum. fol. 5. col. 2.

4 ¶Episcopus dicitur super intendens qui debet curam subditorum gerere, & debet

debet ſpeculari & proſpicere mores & vitam populorum infraſe poſitorum. c. cleros.21.diſt.ca. qui Epiſcopatum. 8.q. 1.l.16.tit.5.p.1.vbi dicitur. Obiſpo tanto quiere dezir como ſobre entendiente, eſto es, porque el a de entender ſobre todos los de ſu Obiſpado, en guardar las animas.

5 ¶ Ideo Epiſcopi & Prelati officio nihil eſt periculoſius in hac vita. Sed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur quo Chriſtus iubet.c.Ante omnia.§. item nihil.40.diſt.

6 ¶ Cuius officiũ eſt magis oneris quã honoris. Quia miniſterium eſt propriũ & ſubſtantiale epiſcopatui, honor vero accidens. His tamen temporibus Epiſcopus primum ponit vltimum, & vltimum primum. Agnoſcat igitur ſe vocatũ non ad propria cõmoda, non ad diuitias aut luxum, ſed ad laborem & ſolicitudinem pro dei gloria.in Concil. Triden.ſeſſ.25. cap.1.de reform.

7 ¶ Ex quibus facile deducitur, Epiſco-

pum ad visitandam diocœcesin teneri, c. decernimus. c. Episcopus. 10. q. 1. cū apostolus. c. procurationes decensibus. ca. si Episcopus. de offic. ordin. lib. 6. c. Romana. §. fin. de censibus. lib. 6. l. 2. tit. 22. p. 1. & probat noster tex. & etiam dicit Tex. in cap. venerabilis de censibus. Quòd Episcopus habet hanc visitationē ratione suæ iuridictionis. Non nulli vero voluerunt, quod visitatio sit de lege diœcesana, vt voluit Hostiensis in summa Tit. de offi. ordina. §. quid pertinet verbo lex vero diœcesanæ. In quantum enim Prælatus inquirit, instituit, dponit, reformat prouidet, corrigit, atq; punit, videtur pertinere ad iurisdictionem. In quātum verò a visitatis procurationem recipit, talis receptio d legi diœcesana appellari potest, in qua visitatione procedūt etiā tamquam apostolicæ sedis delegati, omni appellatione remota, Concil. Triden. sess. 24. c. 10. de reform.

9 ¶ Episcopus itaq; primum visitabit capitulū suum, de inde ecclesiam, & ciuitatem

tẽ postea aũt diocæsim. Hũc ordine debet seruare. Sed host. Ioa. Monach. dicũt istũ ordinem seruari in prouincia, quo ad ecclesiam, ciuitatem, & diœcesim metropolitanã, sed in suffraganeis dificultas vel. commoditas si vlla sit, in hoc ordine seruando non putat necessariũ ordinem talem seruare. Sequitur Domin. in d.c. Romana. §. deniq;. n. 6. decẽsibus lib. 6. Diximus capitulum suum, nam capitulum maioris ecclesiæ, ne dũ dicitur capitulum Ecclesiæ sed etiam Episcopi.

10 ¶ Quia Episcopus est caput, vt capitulum est membrũ. c. scire. 7. q. 1. tradit Bonifac. in Clem. Si q̃ beneficio. de prebẽd.

IN VERBIS PROPRIAM Diœcesim.

1 *Episcopus tenetur visitare propriam diœcæsim.*
2 *Diœceses quare fuere distinctæ.*
3 *Naturæ opus non est, vbi deficit ordo.*
4 *Vbi ordo, ibi ratio est.*
5 *Archiepiscopus si eodem tempore concurrit cũ Episcopo in visitatione, admituntur simul.*

6 *Vbi iudices discordant in sententia, pro reo valet.*

7 *Si Archiepiscopus & Episcopus simul concurrunt, magis obediendum est Archiepiscopo.*

8 *Si concurrat Episcopus cum decano in visitatione, Episcopus preferendus.*

9 *Quæ nobiliora sunt, magnitudinem sibi postulant.*

10 *Quod maius est, mouetur a facultate ampliori.*

11 *Si primas, Archiepiscopus, & Episcopus in visitatione concurrunt, admituntur, quid si discordant.*

12 *Prælati si non recipiuntur in visitatione, possunt sententiam excõmunicationis inferre*

13 *De lusoria esset Iurisdictio, si non haberet cohertionem.*

14 *Qui allegat exceptionem, non dicetur expoliare, & qualiter Prælati se habeant contra resistentes.*

15 *Subditi a visitatione liberari non possunt.*

16 *Quatuor sunt in prescriptibilia.*

17 *Si subditus subtrahit domino obedientiam, potest puniri a Domino de Iure & de facto*

manu

manu armata, & bellum indicere.

28 Visitator grate recipiendus est & cum honore.

19 Honor est premium virtutis.

20 Honor indubio importat quandam reuerentiam alicui exhibitam in testimonium eius excellentiæ.

22 Bonum ex visitatione proueniens.

23 Obediens verus mandata nõ procrastinat.

24 Visitari onus non est, sed commodum.

25 Visitator recipiendus cum pauore.

26 Visitatio propter quid fiat.

27 Visitator si sua quærit tyrannus est.

28 Visitator recipitur, pro vt de consuetudine seruatur.

29 Prohibẽs vt visitatio nõ fiat, qualiter punitur.

30 Episcopus a sede expulsus, potest procedere in aliena diocœsi cõtra expulsores, & qualiter.

31 Visitator procedit cõtra impedientes missos conuocantes visitatos.

32 Visitator potest conuocare populum.

33 Episcopus qualiter recipiendus, quando venit ad visitandas parrochias.

34 Diœcesis quid sit.

cludunt loca exempta, & qualiter.

48 *Locus exemptus quo ad iurisdictionem, æquiparatur loco existenti extra diœcæsim.*

49 *Aliqua sunt in bonis, aliqua de bonis.*

50 *Episcopus potest compellere rectorem ad predicandum, licet sit exemptus.*

51 *Beneficia curata vnita pio loco visitentur singulis annis.*

52 *Ecclesiæ quomodo libet exemptæ visitentur, & reparentur.*

53 *Beneficia exempta, quæ nullius diœcæsis dicuntur esse, ab episcopo cuius cathedralis proximior est visitentur.*

54 *In quibus monasterijs curam animarum habentibus episcopus visitare non potest.*

55 *Religiosi possunt habere ecclesias seculares multis modis.*

56 *Monasterium licet sit liberum in capite, in mēbris tamēque nō probātur exēpta subiacēt episcopo, & ad quid Abbas remanet obligatus.*

57 *Diœcæsanus quando puniat abbatem.*

58 *Membra quando non sunt exempta, Illo casu Episcopus habet iurisdictionē super eclcesias.*

59 Abbas

59 Abbas exemptus si procedit contra personas quæ sunt de membris ipsius monasterij, non tamen sunt exemptæ; tunc a sententia abbatis poterit appellari ad Episcopum.

60 Episcopus loci potest se intro mitere, ne ex cõmunicati, vel vsurarij sepeliantur etiam in loco sacro a sua iurisdictione exempto, dummodo locus ille sit in sua diœcesi.

61 Monasteria in mediata sedi apostolice tenentur quo libet trienio deputare visitatores, in cuius defectu Metropolitanus conuocat ad hoc. Quod si neglexerint, subduntur Episcopis, tanquam sedis apostolicæ delegatis.

62 Monasteria monialium Apostolicæ sedi in mediate subjecta quando ab episcopis gubernentur.

63 Monasteria quando visitantur, quas & quot personas secum ducit visitator.

64 Exempti quando possunt effugere visitationẽ ab episcopo & .n.66.

65 Concessio limitata parit limitatum effectum.

66 Ex separatis non fit illatio.

67 Priuilegia strictæ interpretanda.

68 Pri-

68 *Priuilegium exemptionis si sit conceßum simpliciter & vniuersaliter, tunc monasteria visitari non possunt.*

69 *Exempti virtute exemptionis an posint effugere visitationem Episcopi.*

70 *Episcopus quando non vt iudex, sed vt pars debet procedere extraiudicialiter.*

71 *Priuilegium quando potest ab Episcopo videri, non vt iudicet, sed vt certior fiat de eius validitate.*

72 *Iudex quis in sua causa eße non potest.*

73 *Episcopus an poßit excommunicare religiosos regulares.*

1 ¶Circa ista verba propriã diœcesim consideranda sunt sequentia. Episcopus tenetur visitare propriam diœcesim, si secus fieret ordo Ecclesiastices confunderetur.

2 ¶Ideo iure optimo diœceses fuerunt distinctæ ac vnicuique gregi proprij attributi pastores, vt suarum ouium curam habeat quisq;. Concil. Triden. sesi. 14. ca.

9.de reformat.

3 ¶Opus namq; naturæ non eſt,vbi deficit ordo.

4 ¶Omnis vero ordo ratio vt dicit Ariſto.lib.8.phiſi.c.1.Et cum ordinate laboramus,& bibimus,& commedimus, naturam,vires quæ noſtras,& augemus,& ſeruamus Ariſt,Sectio.19.problematum queſtione.38.

5 ¶Propterea ſi Archiepiſcopus eodē tempore concurrit cum Epiſcopo in viſitatione alicuius eccleſiæ omnes ſimul admitētur.In n.Hoſt.Ioan.Monach.Abbas Archidia & reg.gloſ.2.leg.5.tit.22.p.1.

6 ¶Et ſi iſti in ſententia fuerint diuerſi,talis ſententia pro reo valet,c.fin:de ſenten.& reiudicata.c.ex literis.deprobat.niſi in cauſa fauorabili.Domin.in.c.Romana.§.deniq;.n.7.lib.6.vbi dicit,q ſi Eccleſia non ſufficiat vtrumq; , tunc admittetur primo veniens l.qui prior ff.de reg.iur.c.propoſuiſti:de for.compet.Si vero cōcurrunt neque apparet quis prior

prior licet Episcopum preferendus videtur, nam illi spetialiter in est cura. cap. regē.10.q.1. Tamē prædictis doct.pla. Archie.pref.esse, c.qui resistit.11.q.3. vbi inquit, si aliquid iusserit curator, faciēdum est, nō tamē si procōsul contrariū iubeat nō vtiq; cōtēnis potesta. sed eligis maiori seruire, nec hinc debet iudex minor irasci, si maior prælatus est. Cōsidera etiā tex.in.c.cū ex off.de presc.in.gl.pen.vbi Abb.n.16.quasi casus Archiep. sit spetialis perimens.reg.in.li.ff.de reg.iur. facit adhoc.ca.si a sede de preb.libr.6.

7 ¶ Etsi eodē tēpore concurrunt, magis obediēdū Archiep.tenet.In.ind.c.cū ex officij.num.4.de prescript.Abb.n.16.

8 ¶ Si vero cōcurrat Episc.cū prælato sibi subiecto veluti decano ad quē visitatio expectabit, dicit Archid. pref. Episc. nisi obstet cōsuetudo. Quod notat.In.c. in lat.de pre. Cuius rei causa esse potest

9 ¶ Quod quæ nobiliora sunt, eadem sua natura magnitudinem sibi postulāt.

9 ¶ Quod enim maius est, id a facultate

ampliori moueri necesse est. Aristot. lib. 2. de generat. animal. c. 1. glos. verb. per a lios in extrauagan. vas electionis de cen sibus inter commun.

11 ¶ Si autem Primas, Archiepiscopus & Episcopus concurrant in visitatione alicuius ecclesiæ sunt admitendi, si vero discordarent in sententia, tunc maiori parti standum. c. 1. c. 2. dist. 65. cap. 1. de ijs quæ fiunt a mai. par. cap. l. duo ex tribus. ff. de re iud. l. si in tres cum l. seq. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr.

12 ¶ Propterea debes aduertere, q; si Prælati ad visitationem nõ recipiuntur, possunt in resistentes excommunicationis & interdicti sententiam infferre, pær ea quæ tradunt Inn. Zabar. & multi docto res in cap. venerabilis de censibus.

13 ¶ Si aliter fieret de lusoria esset iuris dictio iudicium si cohertionem non haberet. l. contumacia. §. contumax. ff. de re iudic. c. ex literis de offic. delegat. Sed in hoc debes considerare Prælatos hoc posse facere si alius Prælatus resistat nõ

autem

autem ſi excipiat, aliquid in ſuum auxilium allegando.

14 ¶Nam per talem alegationem non dicetur expoliare Epiſcopum, ſed allegãdo exceptionem, vtitur iure ſuo, ſi vero reſiſtit tunc contra reſiſtentes ſeu impedientes Prælati ſpirituali & tẽporali gladio vtuntur. In tantum hoc eſt verum, quod contra reſiſtentes poſſunt Prælati per violentiam introire, & reſiſtentes expellere, ſiquidem de iure communi probatam habent in tales reſiſtẽtes ſuam intentionem, per æa quæ notantur in. ca. olim cauſam de Reſtitution. ſpoliat. cap. dilecto. de ſent. excomunic. libr. 6. Abb. Zab. & Anton debuti. in ca. 1. de immun. Eccleſiarum. Paul. & Io. de Immol. de cẽſibus. n. 5. cum ſeq. Quod intelligerẽ verum ſi iuriſdictio erat euidens, & notorias & ſubditus vel alter ſubtrahit ſibi exercitium iuriſdictionis Bald. in Marga. Inn. verb. iudex poteſt.

15 ¶Subditi namque a viſitatione non poſſunt liberari, vt viſitatio non fiat, ne-

que possunt præscribere etiam per tan tum tempusquod non sit memoria in cõ trarium.c.cũ ex officij de præscript. De- quo Abb.Immol &Fel.quos allegat Aui- les ca.prætorum in c.6.verb.como vsan, vbi tenet.

16 ¶ Quatuor esse in præscriptibilia,quæ etiam nõ potest Episcopus a se tacite vel expresse abijcere, scilicet visitationem, correctionem,procurationem,& Cathe draticumque omnia continẽtur sub episcopali imperio mero,quod non potest á se abjicere,vt in l.legatus.ff.de offic.Præ si.l. Ius autem agnatio. ff. de pacto. de- quo per Host.in sum.tit. de offic. ordin. §. quod pertinet.Et sicut visitatio nõ po test præscribi,ita nec obedientia, ne ali- cui obediatur.Bene verum est,quod obe dientia subditi potest per præscriptio- nem de vno Prælato in alium Prælatum transferri , & ita non remanet sine capi- te.Sic dicendum in visitatione , allegat Bald.in cap.auditis de præscript.num. 7. & in cap. cum olim eod.tit.in fin. Et di-

cit.

cit.quod quis non poteſt præſcribere in ſe,quod non obediat, dum eſt ſubditus, bene tamen poteſt preſcribere,quod nõ ſit ſubditus eius ſed Papæ Gaud.in di.ca. cũ ex offi.eod.tit.& vide bal.in c.tua nos de cohab.cleric.&muli. nu.22.vbi tenet.

17 ¶Quod ſi ſubditus domino ſubtrahit obedientiam,poteſt Dominus ſuus puni re de iure,& de facto, mano armata, & bellum indicere allegat.Inn.in capit. de hoc de ſymonia.

18 ¶Ideo ſubditus viſitatoris acceſſum grate cum reuerentia & honore debet recipere.

19 ¶Honor enim eſt præmium virtutis ſecundum Ariſtotelem in Ethic.

20 ¶Honor in dubio in portat quandam reuerentiam alicui exhibitam in teſtimonium eius excelẽtiæ S.Th.2.2.q.131.art.1.

21 ¶Ideo dicit Eſai.cap.9.lætabuntur coram te, ſicut qui letantur in me eſſe. Et Leo papa.in ſerm.de Natiuitate Chriſti.

22 ¶Exultet ſanctus, qui appropinquat ad palmam: gaudeat peccator

quia inuitatur aduenia m: animetur gentilis, quia vocatur ad vitam.
23 Et verus obediens mandata non procrastinat, dicit August. quem refert Domin. in cap. qui resistit. 11. q. 3. sed potius parat aures precepto, pedes gressui, manus operi, totum scintus recolligit, vt imperantis mandatum ad impleat argum. cap. 23. q. 4.
24 ¶ Propterea dixit Archid. in. ca. visitã di. 18. q. 2. quod visitari onus non est, sed commodum ergo visitator debet recipi honorifice. D. D. & Abb. in cap. dilectus filius verb. circa istam materiam de Rescriptis.
25 ¶ Visitator etiam debet recipi cũ pauore, pauor nanq; reuerentiam importat, Archid. in cap. peto. 2. q. 7.
26 Pro correctione, & reformatione Ecclesiarum & personarum. Prælati visitãt quorum alterum ad charitatẽ, alterum ad iustitiam pertinet. Vnde visitator nõ debet accedere, vt quæ sua sunt, sed quæ IesuChristi quærat. Pau. Apos. ad Cor. 13

27 Si sua

17 ¶Si ſua quærit tyranus eſt id circo nõ
ſinimus hominem dominari, ſed ratio-
nem. Ariſt. Ethic. c.5.&.6. Concil. Tridẽ.
ſeſſ.13.cap.1.de reform.poſt.princ.ibi vt
non ineis dominentur. c. quia cognoui-
mus.10.q.3.ibi forma eſtote gregi, nõ vt
dominantes in clerum.

18 ¶Preterea viſitator taliter eſt recipiẽ
dus, vt in hoc conſuetudo ſeruetur Ioa.
Andre.& hoſt.in cap.his qui,de maiorit.
& obedien. Frias in tract. de viſitatio vi-
dendus eſt in cap.2. Conſulo tamen vt
viſitatus genu flexus viſitatoris manus
oſculetur.

19 ¶Si vero aliquis impedimentum po-
ſuerit ne fiat viſitatio, maxime ſi ſpatio
triginta dierum perſeuerauerit, punitur
talis vt in.l.6.tit.3.li.1.in ordinum nouæ
compilationis. Si autem fuerit princeps,
prohibẽs excommunicetur a viſitatore
in c.quoniam.18.diſt. Et Epiſcopus pro-
cedit contra in obedientes tanquam de
legatus ſedis Apoſtolicæ in Conci.Trid.
ſeſſ.24.ca.10.de reformat. & omni appe

llatione post posita vt in dict.capit. 10.& sess.13.cap.1.

30 ¶ Item Episcopus de sua sede expulsus in aliena diœcesi, potest procedere contra eos qui ipsum expulerunt, & ibi citare ipsos expulsores per publicum proclamatorem in ecclesiis illius diœcesis diebus festiuis, quando populus congregatur in ecclesijs, & hoc quando non possit illos citare personaliter, propter accessum non tutum, Rob.mar.de ordine. iudiciorum.part. 6. de citatione. nume. 105.allegat clemen. 1. de for. competẽt.

31 ¶ Item potest visitator procedere cõtra impedientes missos conuocantes visitatos etiamsi sit Archiepiscopus, secundum Ioan.Andr.in cap. Romana de penis libr. 6.

32 ¶ Item potest visitator conuocare populum, c.1. §. sane. de cẽsib. l.6.tit. 22. par.1.Frias in dict.tracta.vbi supra ibi, dicit, e despues desto antes q̃ el Visitador se retrayga a su posada: deue de proueer como los officiales del pueblo auiẽdo

prego

pregonero,dõde no por ſus muñidores hagan publicar en los lugares acoſtumbrados q̃ el dia ſiguiente todos lo guarden y no ſalgan a trabajar , mas que el dia ſancto del Domingo haſta ſer acabada la viſitacion. Y mas que todos los hombres y mugeres moços y moças deſde doze años arriba en tañendo a Miſſa conuengan a la ygleſia. Y podra el Viſitador punir a los que anſi hallare ſer contumaces y rebeldes conforme al capit.Romana.de peniten.in 6.Y eſto y todo lo al concerniente a ſu officio ſegun lo parecen tener el Arcediano Iuan Andr.Bernar.Innocẽ .Hoſtien. y otros. Aliás de luſoria eſſet iuriſdictio viſitandi,como ſe colige del capit.ex literis de offiicio iudic. delegat. quia cum committitur principale:& acceſſorium,vt dicitur in capit. de cauſis & capitu. prudentiam ibidem.Deue eſſo miſmo el Viſitador mandar al Sacriſtan de la ygleſia do otro dia vuiere de viſitar que acabando de tañer a la oració del Auemaria,repiq̃

las campanas como acostumbra hazer los dias de fiesta principales porque la gente mas se anime y despierte el dia siguiente a guardar y venir a la yglesia a la visitacion como les fue pregonado y mandado.

33 ¶Ordo qualiter recipi debeat episcopus quãdo venit ad visitãdas parochias vide in sacerdotali.Rom.fol.297. considera etiam hic verbum diœcesim.

34 ¶Diœcesis disiunctio dicitur, vel gubernatio,quia diuisa est ab Ecclesia alterius episcopatus, & commissa gubernatio vnius. Archid.in ca.Episcopum. 7. q. 1.allegat.c.vnio. 10.q.3.cap.sicut.21.q.2. glos.verb.de sua diœcesi.cap. statutũ. §. cum vero de rescrip.lib.6. Ideo diœcesis est parrochia Episcopi Immol. Clem. 1. n.15.de priuileg.

35 ¶Et Episcopus est præfectus curæ & regiminis animarũ totius diœcesis. Prepositus in summ.21. dist. sequitur Cosm. pragm.sanct.de elect.cap.sicut. §. & omni fol.120.

36 ¶Idcirco Epiſcopus non poteſt iuriſdictionem aliquã in aliena diœceſi exercere.c.Epiſcopum & duobus cap.ſequétibus.9.q.2.De ſci.Rot.in nouis de offic. vicar.num.3.Nec debent in aliena diœceſi exercere pontificalia Concil. Trid. ſeſſ.6.c.5.& ſeſſ.14.c.2.

37 ¶ Et poteſt eſſe ratio quia iuriſdictio coheret territorio. l. fin. C. vbi & apud quem.l.1.ff.de offic.prefect.vrbis.§.cum vrbem Bart.in.l.1.col.pen.ff. de iur. omnium iudic.Quod intellige verum ſine licentia petita illius Epiſcopi in cuius diœceſi procedere & cognoſcere vult, neq; ſubditos ſuos in victos ibi trahere,ca. cũ Epiſcopus de officio ordin.libr. 6. quod odio habent iura precipue Concil. Trid. ſeſſ.14.c.8.de reform.dicens.

38 ¶Non nullos eſſe paſtores,querentes præeſſe etiam alienis ouibus, & ita alienis ſubdictis intendunt,vt negligant ſuorum curam,quibus profecto ordo eccleſiaſticus confunditur, ſi vnicuiq; epiſcopo ſua iuriſdictio non ſeruetur,ca. perue

nit.11.quæ.1.ca.inter dilectos. de donat. & Concil.triden.c.2.sess.7.ibi cum valde felix sit ille.

40 ¶Et an visitator posit procedere cõtra citatum extra locum visitandum Feder.de Sen.consi.145.quem refert additio ad Abb.in capit. dilectus filius verb. circa istam materiam de rescrip.

41 ¶Possunt etiam Prælati in visitatione corrigere Clericos seculares qualiter cũq; exemptos.vt in dict.sess.14.cap.4.

42 Possunt etiam Prælati visitare monasteria commendata,etiam Abbatiæ, prioratus,& præpositturæ nuncupatæ,vbi obseruantia Regularis non viget Concil. Triden.sess.21.c.8.de reform.

43 ¶Idem dicit de beneficijs tam curatis quan non curatis,secularibus, & Regularibus qualiter cumque commendatis, etiam exemptis. Et in his etiam procedere tamquam delegati Apostolicæ sedis vbi ratio asignatur.

44 ¶Quia quæcumque in diœcesi ad dei cultum spectant, ab ordinaris curari & proui

prouideri opportet. Et per tex. in capit. per singulas. 9. quæst. 3. cap. nulla. 93. dist. Quia in istis monasterijs viget obseruantia Regularis quæ forsan nõ bene seruatu, ideo episcopi debent facere vt seruetur, alias talia possunt visitari ab episcopis vt in dicto. Concil. Triden. & in capi. monasteria el. 218. quæst. 2.

45 ¶Potest nanque episcopus monachorum delicta corrigere propter negligentiam Abbatis, ad quem prius pertinet correctio monachorum, ad Episcopum vero pertinet subsidiaria tantum. capit. quanto de officio ordin. cap. 1. cum glos. de statu. monacho Abba. in capit. æa quæ. num. 1. de stat. monach.

46 ¶Et nota quod locus exemptus dicitur de diœcesi, quia negari non potest, quin sit de diœcesi licet nõ sit de iurisdictione, sicut dicimus aliqua sunt in bonis aliqua de bonis. l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum domin.

47 ¶Et sic dispositr. & mãdata quæ in diœc. fiũt, includ. loca exẽpta, si fiũt per habẽtẽ iuris-

iurisdictionem in exemptos glos. super verb.primi anni.in clem.frequens de excessibus prelat.Et vide quæ notantur in cap.abbatem de rescript.

48 ¶ Item locus in diœcesi exẽptus quo ad iurisdictionem exercendam pær Episcopum equiparatur loco existenti extra diœcesim.Feder.de sen.Cõsil.16.Domi. in c.cum Episcopus de officio ordin.lib. 6.num.3.

50 ¶Item Episcopus potest compellere ad predicandum rectorem licet sit exemptus.Concil.Triden.sess.5.cap.2.

51 ¶Item beneficia curata vnita perpetuo Ecclesijs quibuscumq;,vel monasterijs,colegijs,aut pijs locis,visitentur singulis annis.sess.7.c.7.

52 ¶Item ecclesiæ quæcũque quomodo libet exemptæ visitentur singulis annis, & reparentur, si reparatione indigent, in quibus si cura animarum imminet, aut alia obsequia,minime defraudentur in d.sess.cap.8.

53 ¶Itẽ visitentur Beneficia etiã exẽpta, que

que dicuntur esse in nullius diœcesi ab Episcopo. cuius Cathedralis proximior est. Concil. Trid. sess. 24. cap. 9.

54 ¶ Item in monasterijs parochiam cõtinentibus vbi animarum cura imminet personæ huiusmodi curam exercentes In his visitentur ab Episcopo sess. 25. cap. 11. vbi excluduntur monasteria Cluniacensium cum suis limitibus, & alia monasteria seu loca in quibus Abbates, Generales, aut capita ordinum sedem ordinariam habent, & alia in quibus superiores iurisdictionem Episcopalem & temporalem exercent in parochos & parochianos.

55 ¶ Religiosi namque possunt habere Ecclesias seculares multis modis de quibus pær Abb. in cap. de monachis de præbendis.

56 ¶ Et monasteria possunt habere iurisdictionem temporalem & Episcopalem in subditos Abb. in cap. dilectus de offic. ordin. num. 1. Et taliter possunt eas Ecclesias habere quod Episcopus in eis nihil

habe-

habebit agere, nec aliquid pretendere, de his quæ ſunt iuriſdictionis, dignitatis ſeu ordinis epiſcopalis, quod dicit Guil, verum quãdo iſti religioſi ſuos rectores & alios inſtituunt & deſtituunt, & faciũt ordinari & alia ſacramenta epiſcopalia impendi, ſub quo epiſcopo voluit & iſto modo dicit Abbatem Climatenſem habere multas eccleſias in diœceſi Climatenſi allegat Gui.16.quæſt.1.in ſum.& capit.1.de offic.ordin.refert Ioan.de Imol. in clem.frequens.num.7. de exceſſ. præla. Et atende quod Guil. dicit Climaten. & gloſ.verb.Abbates in extrauagã. Vas electionis de cenſibus dicit Cluniacenſium. Quod concordat cum dicto Concilio Tridentino in dic, capit.11. Quomodo autem iſti religioſi taliter eccleſias obtinere poſſunt dicit quod ex priuilegio Papæ quod debet oſtendi capitul. recepimus de priuileg. Item poſſunt obtinere ex conſuetudine preſcripta & hoc ſi vice & nomine ſuperioris teneat poſſeſsionem, ſecus ſiuice ſua, quia inferior

ferior non poteſt præſcribere ius ſuperioris contra ſuperiorem allegat capit. cum ex officij & capitul.auditis.de preſcriptionibus.

Si autem monaſterium eſt exemptum, ſed non cum ſuis capellis, tales capellæ ſub ſunt diœceſano, quo ad legem diœceſanam & iuriſdictionem capitu. conquerente de offic. ordinario. capitul.ſane.16. quæſtione. 2. capitul. cum & plantare.§.in eccleſijs capitu. exore, in fini.de priuil. & dicit Petrus de Vbaldis in tractatus de canonica epiſcopali & parochali in capitul. 4. quæſtione.9. num.1.quod licet monaſterium ſit liberum in capite tanquam ab epiſcopali iuriſdictione prorſus exemptum, & ſolum Romano Pontifici ſubiectum, in membris tamen quæ non probantur exempta, diœceſano epiſcopo ipſum monaſterium ſubiacet. Propter quod Abbas ad ſinodum eius debet accedere pro ipſis quoque membris non exemptis. Idē Ab.tenetur diœceſano epiſcopo exibe-

exibere reuerentiam, obſequium & honoremquibus competente exibitis, ipſe diœceſanus debet remanere contentus.

57 ¶ Et addit quod quando membra nõ ſunt exempta, ſed Abbas eſt exemptus cui membra ſunt ſubjecta,& in membris delinquat diœceſanus exemptum Abbatem iudicabit,& puniet,&deponet,vide Innoc.in cap.venerabilis de cenſibus & cap.cum capella.de priuileg. c.poſtulaſti de for.competen.Seruata tamen forma conſtitutionis.c.volẽtes de priuileg. lib.6.&.cap. Romana deforo cõpet.li.6. Sed ſi non delinquat in locis non exemptis,ſed delinquat in perſonis exemptis, puta quia negligens eſt in regimine eorum, vel etiam iniuriatur eiſdem tunc diœceſanus non habet poteſtatem contra eum procedendi, non enim ſunt iſti modi, vt diœceſanus ſortiãtur forum in perſonas exemptas,& ſubdit ibidem idẽ Inn.quod diœceſanus propter delicta cõmiſſa in perſonas exemptas, non poteſt Abbatẽ priuare ab Eccleſia non exẽpta, vel

vel eum ſuſpẽdere, quia hoc nõ poteſt facere diœceſanus, niſi cum cauſe cognitione, ſed ipſe non poteſt cognoſcere de delictis perſonæ exempte, ergo nec contra eum procedere.

8 ¶ Item in hoc caſu dicit idem Petrus de Vbaldis, quando membra non ſunt exempta, habet Epiſcopus iuriſdictionẽ ſuper Eccleſias, allegat capit. quanto & cap. cum ab Eccleſiarum de offic. ordin. Et in hoc caſu preſentabit Clericos prælatus & reſpondebitur eis de temporalibus, allegat. cap. cum & plantare. §. in Eccleſijs de priuileg. & cap. 1. de capel. monach. & cap. in lateranenſi. de prebend. niſi etiam Eccleſiæ eſſent pleno iure ſubiectæ monaſterio, quo ad vtramque legem, ſcilicet diœceſanam & iuriſdictionis, quia tunc Abbas inſtitueret, allegat. cap. 1. 16. quæſt. 2. & vide quod plene notatur in cap. de monachis de prebendis & clem. vt cõſtituto de iure patron. ſubdit enim Innoc. in dicto. ca. exore de priuileg. quod.

ſi Abbas exemptus procedat contra perſonas quæ ſunt de membris ipſius monaſterij, non tamen exemptæ quod tunc à ſententia Abbatis poterit appellari ad Epiſcopum.

60 ¶ Quæritur ſepe continget quod fratres & alij exẽpti ſepeliunt de facto vſurarios excommunicatos & interdictos, nunquid Epiſcopus loci poſsit intrare ad ecclesias, ſeu ad cemiterium iſtorum exemptorum, & de facto facere corpora iſtorum ex humari, & procul proijci: Abba. in cap. ſacris. num. 7. de ſepulturis dicit, ego credo quod poſsit in excommunicatis publicæ, & in vſurarijs manifeſtis, & nominatim interdictis, in alijs vero caſibus credit epiſcopum hanc autoritatem exercere non poſſe in loco exempto, quia perinde eſt ac ſi non eſſet in diœceſi ſua.

61 ¶ Monaſteria prepterea quæ non ſubſunt capitulis generalibus, ſeu Epiſcopis ſed ſub protectione Apoſtolicæ ſedis immediata ſunt, tenentur quolibet

bet trienio deputare viſitatores in cuius defectu Metropolitanus in cuius diœceſi ſunt, conuocat ad hoc, quod ſi neglexerint, ſubduntur Epiſcopis tanquã ſedis Apoſtolicæ delegatis. ſeſsio. 25. capit. 8. de regula. Iſti viſitatores quem ordinem ſeruabunt in ſua viſitatione. l. 18. &. 19. titul. 7. part. 1. ibi gloſ.

62 ¶ Item monaſteria Sanctimonialium ſubjecta immediate ſedi Apoſtolicæ qualiter cumque nuncupentur ab Epiſcopis tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatis gubernentur. Quia moniales neque viſitabunt, viſitabunt neque corrigent ſed viſitabuntur cap. noua de peniten. & remiſſ. in talibus enim non cadit actio ſed paſsio Greg. in gloſ. fin. lib. 21. tit. 7. par. 1. ſecus ſi reguntur á deputatis in capitulis generalibus ſeſſ. 25. capit. 9. de regularib. Clemen. attendẽtes de ſtatu monachorum.

63 ¶ Quas perſonas & quot debet ſecum ducere, dum monaſteria viſitantur. Ab. in. capi. vt iuxta de offic. ordinar. num. 2.

 ¶ Que-

64 ¶Queritur nunc an exempti posſint effugere viſitationem Epiſcopi, Archiepiſcopi vel ſimilium, in quorũ diœceſi & prouincia monaſteria ſun ſita, ad quod reſpondendum eſt, quod ſi priuilegium exemptionis conceſſum á ſummo Pontifice, expreſſe loquitur de viſitatione, deciſio eſt manifeſta, exemptum poſſe ſe ipſum excuſare á viſitatione. argum. ca. cum inſtantia de cenſibus & capit. cum perſonæ de priuilegis lib. 6. Si vero priuilegium nihil de viſitatione exprimeret, ſi exemptio eſt limitata ad quoſdam caſus, in ſuis terminis ſeruãda eſt, & ſic reſtringenda ad limitatos terminos, nõ autem extendenda in preiudicium ordinarij, li. 2. §. ſiquis á principe. ff. nequid in loco publico. cap. quamuis de reſcript. li. 6. dequo per Abb. in cap. 1. de reſcript. 67 68

65 ¶ Conceſsio namque limitata parit limitatum effectum cap. licet de decimis. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de legat. 2.

66 ¶Item ex ſeparatis non fit illatio cap. quod traſlationem de offic. legat. l. naturaliter

raliter

raliter.§.nihil commune.ff. de acquiré. posseſſ.

67 ¶Item priuilegia extrictè interpretã da & restringenda cap.1.& cap.2.de filijs presbiter.lib.6.cap. ex tuarum de autori tate & vſu palij.

68 ¶Si autem priuilegium exemptionis ſit ſimpliciter & vniuerſaliter cõceſſum tunc monaſteria & alia loca huiuſmodi exemptionem habentia viſitari non poſ ſunt ar.c.cum perſonæ de pri.l.6.& nota tur in c.cũ iſtãtia & c.venerabili de cen ſibus.Idem dicendum ſi Eccleſiæ mona- ſteria vel loca aliqua eſſent exempta á iuriſdictione Prælati,intellige ſui, nam viſitatio eſt annexa iuriſdictioni alicuius vt in cap.1.§.hanc autem de cenſibus li. 6.vbi tex. dicit Epiſcopis alijſq; Prælatis ordinario iure & cap. Prædicta ſun limi- tanda quo ad viſitationem ordinariorũ, ſecus eſt dicendum quantum ad viſita- tionem legatorum apoſtolice ſedis. Nã dicunt hoſt.& Ioan.Monach.quod vices Papæ,gerunt vide Dominicum in dicto.

§.hanc autem num.3.

69 ¶Sed circa materiã quæro Episcopus monuit monachos & abbatem. N.vt se preparẽt ad visitationem, Abbas & monachi responderunt eos esse exemptos, & incontinenti offerebant probationẽ coram eodem Episcopo, vel coram alio iudici competenti, cumque intelligerent Episcopum ad censuræ sententiam fulminandam paratum, ad sedem Apostolicam appelauerunt, causa iusta inserta, verum ea non obstante Episcopus in Abbatem excommunicationis, & in conuentum interdicti sententiam protulit. Hanc quæstionem tractat. Inno. in cap. venerabili. de censibus. Sed cum Abbate paucis insistam propter nouam decretalem capit. cum personæ de priuileg. libr. 6. ex dictis Innocen. breuiter colliguntur tres casus, primus quando constabat Episcopum esse in quasi possessione iuris visitandi. Secundus quando constabat contrarium. Tertius quando de hoc dubitabatur. Primo casu concludit

excom-

excommunicationem validam esse eo quòd in præiudicium sui iuris neque exceptionem neque probationes oblatas recipere, ne appellationem admitere tenebatur. Non enim vt iudex sed vt pars pro suo iure conseruando procedebat. Quo fit vt probationis oblatio nequaquam appellationem iustificaret, quamuis aliás sicut iudex processisset exceptionis legitimè oppositæ oblata probatio appellationem iustificaret vt in cap. interposita de appell. cap. cum inter canones de election. Nec enim in terminis nostræ quæstionis tenebatur Episcopus causæ cognitionem assumere, sed extra iudicialiter potuit Prælatum sibi subditum contra quem fundatam de iure cõmuni intentionem habebat, eo modo extraiudicialiter admonere, & hoc tutius est secundum Abbat. Quamuis Host. velitq; ex quo cõtumacia Abb. erat manifesta, illũ citare nõ tenebatur. Secũdo vero casu cõcludit Inn. vera existẽte exẽptione excommunicationem non valuisse,

pær notata in cap. cum dilectus de religioſis domib. lib. 2. tit. 12. par. 1. in fin. ſubdit tamen quod propter talem illegitimam excommunicationem ſi monaſterium vt preſuponitur in ſua diœceſi erat ſitum non venit puniendus cum probabili errore duci potuit, quæ excuſatio ceſſat ſi monaſterium extra diœceſim ſuam ſitum fuiſſet, argum. capit. ſacro de ſentent. ex communi. Tertio vero caſu excommunicationis & interdicti validitas pendet ex futuro euentu. Etenim ſi conſtabat monaſterium exemptum & Epiſcopum in quaſi poſſeſsione iuris viſitandi minimè fuiſſe non valebit ſententia, alias ſecus. Quare conſuluit Innocẽ. quod.

70 ¶ Epiſcopus non vt iudex, ſed vt pars pro huiuſmodi & alijs ſimilibus iuribus conſequendis & defendendis debeat extra iudicialiter procedere, eo nãque modo nec probationes recipere, nec appellationem admitere tenebatur. Sed temporali atq; ſpirituali gladio iura ſua conſequi

ſequi, atque defendere poterit. cap. dile-
cto de ſentent. excommun. libr. 6. Ad
quod vide Imol. in clemen. de exceſibus
Prælat. num. 10.

71 ¶ Poterit tamen Epiſcopus recipere
ac videre priuilegium, nõ vt iudicet, ſed
vt validitate exemptionis certior fiat.

72 Nam cum de ipſius commodo & in
commodo tractetur, in cauſa propria iu
dex eſſe nõ poteſt, C. nequis in ſua cauſ.
iudex in rubr. & nigro. Abb. late in capi.
ad audientiam de appellation. & capitu.
ſuper literis de reſcrip. Et hæc faciunt ad
intelectum pre alleg. capi. cum perſonæ
de priuileg. quod valet quando Epiſco-
pus non procedit, vt iudex quamuis glo.
verb. ordinarijs in dic. cap. cum perſonæ
aliud ſenſerit, quoniam licet Epiſcopus
iudex eſſe poſsit in cauſa Eccleſie ſue, nõ
tamen poteſt eſſe, quando eidem com-
modum venit applicandum argu. lib. de
iure. ff. ad municip. vt per Abb. in dicto.
cap. venerabili. num. fin. de cenſibus.

73 ¶ De iure communi omnes religioſi

etiam predicatores & minores ſunt ſubjecti Epiſcopis locorum cap. cum venerabilis de religioſ.domib.&.18.q.2.per totum.Sed hodie iſti predicatores & minores ſunt ex toto exempti á iuriſdictione Epiſcoporum. Vnde non poſſunt ex quacumque cauſa ab Epiſcopo excommunicari.Abb.in cap. nimis praua.num. 4.de exeſſ.Prælato.Dicit tamen circa hoc eſſe inſpicienda priuilegia eorum & ſeruãda allegat in cap. porro de priuileg.

IN VERBO PER SE IPSOS

1 *Dictio per denotat perfectionem.*
2 *Mas vale huelgo de ñaña que leche de ama.*
3 *Induſtria Epiſcopi in viſitatiõe operatur multũ*
4 *Magna eſt diferentia inter homines.*
5 *Dictio perſeipſos quid importet,& cur recupet.*
6 *Nunquam nimis,quod nunquam ſatis.*
7 *Bis terque pulchra.*
8 *Verba ſunt nuncij ſiue precurſores mentis.*
9 *Pronomen ſe eſt reciprocum.*
10 *Pronomen ipſos habet emphaſim.*

11 *Pa-*

11 *Paſtores debent cognoſcere vultum ſui pecoris*
12 *Oculus Domini pingue facit equum.*
13 *Veſtigia Domini plurimũ pingue faciunt agrũ.*
14 *Viſitatio quare fit.*
15 *Viſitatio ſi per Epiſcopum non fit, per alium caſtè non poteſt fieri.*
16 *Epiſcopus perſonaliter viſitare tenetur.*
17 *Quo impedimento epiſ. à viſitatione excuſatur.*
18 *Patriarchæ, Primates metropolitani & Epiſcopi, ſi non viſitant, an peccant mortaliter.*
19 *Teſtator ſi iubet aliquem, vt perſonaliter viſitet monaſterium, non poteſt per alium facere*
20 *Multi per ſe poſſunt exercere officium qui loco ſui non poſſunt ſubſtituere.*

1 ¶In iſto c. ſemel & iterum reperitur verbum per quod de ſui natura denotat perfectionem. l. vrbana. §. per notare. ff. de verbo ſignific. q; gloſ. verb. per noctare in. c. veniens. l. deſponſa. l. dicit & enim re parabola mas vale huelgo de ñaña que
2 leche de ama ¶Induſtria enim Epiſcopi in viſitatione operatur multum.

3 ¶Mag

4 ¶Magna est diferentia inter homines in lib. de offic. dicit Cicero. multi homines & pauci homines: multi nomine & pauci re facit tex. in capi. multi sacerdotes. 40. dist. Abb. in cap. quoniam. §. is autem. num. 6. de offic. & potestat. iudic. de legat.

5 ¶Consideret Prælatus propter quid, tot repetatur ista dictio per seipsos. Quod á Concilio nõ fit sine misterio, vnum quodq́; verbum non est sine virtute operãdi Bald. in rubr. C. de cõtra hẽd. emptio. q. 9. refert & sequitur glos. verb. vniuersitate de collation. §. primo cum pragma. sat. fol. 215. col. 2.

6 ¶Et nunquam nimis, quod nũq́; satis authore Seneca. Vnde illud prouerbium emanauit.

7 ¶Bis terq́; pulchra, refert Ludou. Go. in regul. de Idiomate. q. 3. in princip. fol. 118.

8 ¶Verba enim nihil aliud sunt, quám quidam nũcij, siue precursores mentis. Sunt enim verba pasionum animi indicatiua

catiua

catiua.l.labeo.ff.de supellectil.leg.Bald. in tract.schisma.col.20.Gomes.in regul. de publicand.resignat.quæst.4.fol. 474.

9 ¶Istud pronomẽ se. est reciprocũ propterea sic dictum, quòd sicut reciprocatur spiritus, cum vicissim efflatur, & attrahitur ita hoc pronomẽ ad id vnde prodierat, reuertitur.

10 ¶Et pronomẽ ipsos habet emphasim idest, expositionem rei alicuius latentis, & sic videtur habere quandam energiã latentem. Bene igitur stat si credamus sapienti prou.cap.27.& ecclesiast.32.extrauag. Sedes apostolica, inter commun.de offic.delegat.

11 ¶Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges cõsidera. Agnitio enim vultus alicuius plerumq; nos trahit in cognitionem facilem eorum quæ intus gerunt. Prælati enim tanquam arietes ducatum gregi præbere debent.cap.sciscitaris.7.quæst.1.ideo Pindarus interrogatus.

12 Quæ fruges maximè pingue facerent

equum,oculus inquit domini.
13 ¶Quod autem ſterquilinium agrum plurimum pingue faceret,veſtigia reſpõdit domini.Ariſto. economic.1.
14 ¶Et cum viſitatio ideo fuit in venta propter ſalutem ſubditorum , tam clericorum quamlaicorum , & propter vtilitatem eccleſiarum , & reformationem tam in capite quã in membris per notata in cap.cum apoſtolus & cap. procurationes de cenſibus & cap.1. eod.tit. li. 6.facit cap.viſita.18.quæſt.2.
15 ¶Quæ viſitatio non poteſt caſtè fieri per alium quam per ipſum Epiſcopum Soto de iuſtitia & iur.lib.10. quæſtion.3. artic.1.
16 ¶Ergo Epiſcopus viſitare perſonaliter tenetur ca.inter cetera de offic. ord. Inn.Ioann.Andr.in cap.1.de cenſibus.li. 6.gloſ.Greg.Lup.verb.porque embargado.l.1.tit.22.par.1.
17 ¶Nec excuſatur Epiſcopus á viſitatione perſonali quouis impedimento ſed eo tantum,quod neceſsitate quadam ſic vrgeat

vrgeat,vt niſi maximo cum detrimento vel publice vel propriè ſalutis ſpiritualis vel corporalis per ſeipſos eam viſitationem exequi non valeant Concil. Prouincil. Tolet. actio. 2. §. Secundo incipit, vigilent Epiſcopi.

18 ¶Patriarchæ Primates metropolitani & Epiſcopi ſi non viſitant, an mortaliter peccant gloſ. verb. debeant. Clem. attendētes de ſtatu. monach. vbi doctores dicunt eſſe viſitationem in precepto & tenet Marian. Socin. in tract de viſit. li. 5. ibi tertio quero. Quod peccant mortaliter ſi non viſitant nō ſolum temporibus ſtatutis. Sed etiam quotiens cumque intellexerint expedire viſitationem facere allegat illud prophete Pſalmo. 58. viſita omnes gentes.

19 ¶Et dicit Bald. in. §. ne autem eli. libr. 1. C. de caduci. tollend. quem ſequitur Sebaſt. ſap. in add. ad Abb. c. quoniam is autem. num. 1. de offic. & poteſt iudic. delegat quòd ſi teſtator mandauit alicui, vt perſonaliter viſitet monaſterium

non

non poſſet per alium id facere.

20 ¶ Et multi poſſunt per ſe officia exercere, qui minime loco ſui poſſunt ponere ſubſtitutos vt ſunt iudices de la hermandad vt in.l.1.del quaderno de la hermandad ibi vſen por ſi meſmos los dichos officios & alios caſus notat. Auendaño in cap.prætorum.c.3.num.5.par.1.

IN VERBO AVT SI LEgitimè impediti fuerint.

1 *Epiſcopus quando non poteſt viſitare per ſe, poteſt viſitare per alium.*

2 *Lex, ſtatutum, aut ſuperior, aliquid mandat fieri ſuis manibus, quod non poteſt fieri per ſubſtitutum.*

3 *Correctot ſi per ſe viſitare non poteſt, per alium poterit viſitare.*

4 *Viſitatio terminorũ debet fieri per ipſius perſonam correctoris.*

5 *Viſitatio locorum poteſt fieri per locum tenentẽ*

6 *Latitudo eſt cauſa, vt Epiſcopus viſitet per alium.*

Quan-

1 ¶Quando Episcopus nõ poteſt viſitare per ſe,poteſt viſitare per aliũ gloſ. verb. per alios.c.1.de offic.ordin.lib. 6. gloſ.1. cap.1. de cẽſibus lib.6.probatitur in cap. intercetera,ð officio ord.c.decernimus 10.q.1.vbi ait,ſi autem Episcopus inuale tudine impeditus diœceſes ſuas per ſe metipſum viſitare non poterit,viſitatio nis officium cõmittat alijs.

2 ¶Quoties lex vel ſtatutum aut ſuperior mandat aliquid fieri ſuis manibus, non poteſt per ſubſtitutum expediri facit text.et ibi doct.in l.1.§.nec autem.C. decaduc.tollen.tradit Abil. c.6.Prætorũ verb.ſalario.Vbi dicit.

3 ¶Quòd corrector ſi per ſe viſitare nõ poteſt, per alium poterit viſitare et ſic per ſuum locum tenentem, licet Lap. & Zabarela in clem.fin.§.1 de ſtatu monach.tenent ſimpliciter quod etiam ceſſã te impedimento ordinarij delegare poſſunt & vide gloſ. Greg. verb. porquel. 1. tit.22.p.1.

4 ¶Viſitatio terminorum debet fieri

per ipsius personam correctoris. Auend. in capp.præt.p.l.c.4.n.43.

5 ¶ Visitatio vero locorum potest fieri per suum locum tenétem, ibid.n.44.

6 ¶ Latitudo etiam est causa vt Episcopus visitet per aliũ, vt in isto tex. ibi propter eius latitudinem glos. verb. personaliter in cap. procurationes de censibus. glos. Greg. verb. derecha. l. 1. titu. 22. p. 1. Ob multitudinem igitur messium dignũ fuit, vt miterentur alij operarij ad tantã messem colligendam glos. verb. vnicus pastor in extrauag. Sedes apostolica, de concess. prebend. Ioan. 22.

IN VERBIS PER SVVM generalem Vicarium.

1 *Vicarius debet esse generalis.*

2 *Vicarij qualiter exercent iurisdictionem.*

3 *Vicarij Episcoporum ordinariam iurisdictionẽ exercere dicuntur, & sic sunt ordinarij.*

4 *Locum tenentes habent ordinariam iurisdictionem contra Alexand.*

Consue

5 *Consuetudo & lex dat ordinariam iurisdictio-*
6 *Episcopi poßunt cogi habere Vicarium*
7 *Officium Vicarij non cessat in presentia Episcopi.*
8 *Vicarius vt poßit generalis dici, quid requiratur.*
9 *Vicarius quandoq; vocatur officialis.*
10 *Officialis quas causas, & quas Vicarius audiet remißiue.*
11 *Vicarius Episcopi quando poßit caussas ciuiles & criminales audire.*
12 *Obtinens collationem seu dispensationem à Vicario, quid debet aduertere: Et sic sunt aduertendæ clausulæ cõmißionis.*
13 *Vicarius Episcopi quando visitare poßit.*
14 *Ex generali mandato vicarius Episcopi visitare non potest, idem de Vicario capituli.*
15 *Vicarius generalis collationem beneficiorũ non potest facere, nisi habeat in mãdatis, & quid debet dispensatus aduertere.*
16 *Vicarius generalis an poßit cõstituere procuratorem, non tamen Vicarium generalem & in quibus poßit.*

1 ¶Vicarius debet esse generalis, dicit glo.in cap.constitus.de concess.Præbẽdi,& D D. ibi.Et per c.fin.de offic.vicar. lib.6.c.deliberationes. §. prohibemus, de offic.legat.idem in cap.statutũ. 16. q. Rebuff.prax.benef.de Vicarijs Episcoporum.n.15.vbi addit multa valere generaliter,quæ non specialiter.

2 ¶Isti Vicarij quadam conscientia, & permissione juris exercent mandata & jurisdictionem sibi à Prælatis cõmissi,& ideo Episcopis tacite censetur esse permissum de iure canonico ponere eos Vicarios,atq; iurisdictionem demandare, vt eorum locum teneant, vicesq; gerãt.

3 ¶Et isti Vicarij Episcoporum iudices ordinarij,& ordinariam iurisdictionem exercere dicũtur,glos.verb.generaliter. c.Romana.in princip.de appellat. lib. 6. glos.in capit.secundo de offic. Vicarij, libro. 6. & in cap. per lectis.21. distinctio. Fel.in Rubric.n.4.de offic.delegat.& est cõmunis opinio quicquid.Alciat.in Rubric.de offic.ordinar.dicat.

4 ¶Idem est dicendum de iudicibus se cularibus ciuitatum positi, qui vocãtur locum tenentes nã & hi habent iurisdictionem ordinariam quam exercent ex consensu principis, licet a rectoribus nominẽtur. & nõ a principe Paul. Castrens. in Rubric. ff. de offic. assess. Curtius iunior in Rubric. ff. de offic. eius. n. 19. Auend. in cap. præt. c. 3. n. 2. p. 1. contra Alexand. in ibi. qui voluit Vicarios istos ordinariam iurisdictionem non habere in iure ciuili. An idem sit dicendum de iudicibus Ducũ, Marchionum Comitũ, & huiusmodi, glos. Greg. verb. e estos atales. l. 2. tit. 4. p. 3. vbi dicit in hoc valet cõsuetudo.

5 ¶Nam consuetudo & lex dat ordinariam iurisdictionem, allegat. l. 1. c. de mã cipijs et colonis etc. lib. 11. c. conquestus 9. q. 3.

6 ¶Et possunt Episcopi cogi habere Vicarium glos. verb. valeat. c. fin. de offic. archipresbiter. Abb. in c. quoniã de offi. ordin. dicit quod sic. vbi Fel. & dicit Bal.

ibid.quod in qualibet ciuitate debet esse vnus Episcopus, & vnus Vicarius glos. verb. Vicarijs.tit.decollationibus.§. statuit.pragm.Sanct.fol.253.col.1.tom.1.

¶Istam quæstioné tract. Boer. decis. 347.n.6. Vbi dicit,quod in presentia.

7 ¶Episcopi non cessat officiũ Vicari, & sic ad eum de omnibus recursus habetur, sicut fit in absentia Episcopi. tenet Io.Andr.in add.ad specul.tit. de offic.Vicarij Domini.in cap.licet.eod.tit.lib.6.

8 ¶Vicarius vt posit dici generalis requiritur vt ab Episcopo in temporalibus & spiritualibus creetur,in c.si Episcopus de suplend.negligent. prælat.lib. 6. Nec sufficit vt Vicarius creetur tãtùm in spiritualibus, vel temporalibus, quia non esset generalis in c.pen.&vlti.de suplẽd. negligẽtia.lib.6.Rebuff.in prax.benefic. titulo forma Vicariatus Archiepiscoporum & aliorũ collat.n.16.

9 ¶Aliquãdo Vicarius vocatur officialis,vel ecõtrariò.Et ista vocabula sunt sinonima.vt Ioã. Andr.in add. ad Specul. in Rubr.

in Rubric.de offic. Vicarij. Iſta autē vocabulorum diuerſitas redigi debet pro patriæ conſuetudinibus. vt per Barb. in clem.etſi principalis de reſcript. quem refert & ſequitur Bernardus diaz de luc. in ſua praxi criminali c.3.

10 ¶ Quas autem cauſas audiet officialis,&quas Vicarius, Zabarel.clem.de offic. Vicar.n.19.De iſtis officialibusmulta per Ioan.Fran.Pauin.tract.de officio & poteſtat.capitul.ſede vacant.q.102. partis principalis.

11 ¶ Vicarius Epiſcopi poteſt audire cauſas ciuiles & criminales ſi in cōmiſsione exprimatur. Hæc autem cauſæ criminales non cenſentur cōmiſſæ per generalem poteſtatē c.2.de officio Vicar.lib.6. Nec in criminalibus poſſet ille officialis aut Vicarius cognoſcere, niſi ſpecialiter ſit eidem cōmiſſum,dicto cap. 2. etſi cognoſcet nullus eſſet proceſſus quia deficit iuriſdictio,Rebuff. vbi ſup. numer. 152. allegat Federicu.conſil.220.& addit Rebuff.n.185.

12 ¶Perpetuò fige menti, quod in caſibus in quibus obtines diſpenſationem à Vicario, vel aliquam collationem ſeu gratiam, opere precium erit videre inſtrumentũ Vicariatus, an habeat ad illud ſpeciale mandatum, & poteſtatem, & cuſtodias illud inſtrumẽtum, quia ſine illo non proderit tibi collatio ſeu diſpẽſatio Vicarij, vel alius actus per eũ factus ſub mãdato ſpeciali, niſi fuerit hoc expreſsũ in inſtrumento. Allegat domin. Gemin. cõſil. 38. qua propter ſemper aduertere debes clauſulas & comiſsionem Vicarij đ quibus multa vtilia per Cou. lib. 2. var. c. 5. n. 9. vbi declarat cap. 2. de offic. Vicar. lib. 6.

13 ¶Preterea Vicarius generalis non poteſt viſitare, nam Epiſcopus percunctas diœceſes, parrochiasq; ſuas per ſingulos annos ire oportet. Quod ſi ipſe, aut languore, aut alijs ocupationibus implicatus ad implere nequiuerit, presbiteros probabiles, aut diaconos mittat. c. Epiſcopum. 10. q. 1. c. intercetera, de offic. ordin.

din.c.ſi Epiſcopus illo tit. lib. 6. Marian. Socin. in tract. de viſitation. quẽ allegat Rebuffus. prax. vbi ſup. n. 1 o o. vbi dicit.

4 ¶Quòd ex generali mandato Vicarius Epiſc. viſitari nõ pot. ſicut nec Vicarius capituli. Ideo opus eſt ſpeciali conceſsione allegat gloſ. in verb. capituli
5 clem. 1. de hereticis, et ibi doct.

¶Item Vicarius generalis collationẽ beneficiorum facere non poteſt, niſi exprimatur in ſua cõmiſſione. c. fin. đ offic. vic. lib. 6. Cou. lib. 3. var. c. 2 o. n. 7. vbi dicit ꝙ non cenſetur data Vicario generali poteſtas inquirendi, corrigẽdi, aut puniendi ſubditorum exceſſus, nec priuandi quenquam ecleſiaſtico beneficio. Iſta nanq; grauiora & maiora ſunt quàm, vt in generalem delegationem veniãt Rebuff. vbi ſup. n. 166. Vbi reprehendit Ioã. Monachum, tenentem quòd ex genera
16 li poteſtate Vicarius inquirere poſsit.

¶Vicarius generalis in ſpiritualibus & tẽporalibus alicuius Epiſcopi, an poſſit conſtituere procuratorẽ Capella Tho

Iosan.decis.36.dicit quod sic.per no. col lect.in cap.tua nos.de officio Vicar.et c. fin.ne prælat.vic.suas. Non tamẽ potest; constituere alium Vicariũ generalẽ,nisi habeat in cõmissione vel in mãdatis,allo; gat c.clericos ,& ibi doct.de offic. Vicarij.Vide glos.optimã verb.ipsius c.1.eod., tit.lib.6. Vel ex consuetudine , nam ex consuetudine potest.Card.Zab.clem. 1. n.20.de offic. vic. Abil. c. 4. prætorum. verb.iustitiam.n.7.fol.104. Auend. ibid. c.3.n.5.vbi dicit nisi substitutus poneretur ex causa infirmitatis,vel ex alia parũ duratura.Allegat Abb.ind.c.clericos.Et quas partes debet habere substitutus, & qui dicantur in sufficientes vt non possint substitui,ibi per eum.

IN VERBO VISITATOREM.

1 *Ordinarius omnia non prohibita iure canonico demandat.*

2 *Pena Episcopi male commitentis.*

3 *Visitatio competit iure ordinario Episcopo, quã poterit delegare.*

In offi

In officio visitationis qui sunt elligendi.

Visitator habet ordinariam iurisdictionem.

Proconsul est generalis visitator.

Cōmißio generalis visitādi an tollatur per specialem.

Visitator generalis potest corrigere male factū ab speciali visitatore.

9 Visitator datus diœcesi potest visitare ciuitatē.

10 Corrector in visitatione potest priuare quem ab officio propter graues & manifestos excessus.

11 Visitator à Papa datus habet ampliorem potestatem quàm habet datus ab inferiori.

12 Visitator datus à Papa potest priuare.

13 Visitatores generales ordinis non possunt priuare generalem.

14 Visitator ad corrigendum datus potest priuare beneficijs.

15 Visitator ab inferiore datus ad corrigēdum, potest corrigere, si inferior habet illā potestatē.

16 Visitator potest conuocare populum.

17 Visitator singulis annis potest visitare ecclesias quomodolibet exemptas.

18 Decani, archidiaconi & alij inferiores causas criminales, & matrimoniales non

possunt tractare in visitatione.

19 *Visitator habet liberam & generalem admini stratione m, Et substituere visitator an poßit.*

20 *Visitator ordinarius potest compellere subditu ad ostendendum titulum sui beneficij.*

21 *Visitator debet curare vt decreta & cãnones concilij Tridentini recipiantur in studijs et vniuersitatibus.* 4

22 *Visitator in sede vacante datus non potest dare licentiam sacerdoti transeundi in aliam ecclesiam.*

23 *Visitator poterit punire clericos, qualitercumq; exemptos, si in suis ecclesijs residerint.* 5

1 ¶Iure cãnonico omnia non prohibita ordinarius demandat. c. quòd sedem de offic. ordinar.

2 ¶Caueat tamen Episcopus, cui committat. Quia sanguis subditorum de manibus Prælatorum requiritur. c. irrefragabili. eod. tit. Ioan. Boteus in tract. de sinodo Episcopi. 2. p. n. 2. 6

3 ¶Vbi dicit quod visitatio competit

Episco

Episcopo iure ordinario. Ipse enim Episcopus poterit visitationem delegare, notat Rebuff. prax. benefic. tit. forma vicariatus Archiepiscopi & aliorum collatorum. n. 151.

4 ¶In ista delegatione seu electione ab Episcopo facta, videat, ne cadat, eligẽdo insufficiẽtes, obscuris, viles, infirmos, & imperitos. De quibus loquitur glo. verb. honestior. in authent. de defenso. ciuita inpr. col. 3. Debent esse honesti honestate seculi. Et conueniẽtes qualitates enumerat. tex. in l. 18. tit. 9. p. 2. & l. 3. tit. 4. p. 3.

5 ¶Visitator habet ordinariam iurisdictionẽ. Innoc. c. in singulis de statu monach. n. 1. sequitur Add. ad Abb. in cap. intercetera. de offic. iudic. ordinar. Visitator dicitur quasi circuẽs circuit, enim prouinciam, diœcesim, vel locum iurisdictionis suæ cõmissum. vt probatur c. nõ debere. Iuncta glos. 80. dist. Et dicit Abil. in cap. 6. prætotum. verb. visite.

6 ¶Quòd pro consul est generalis Visitator & circuitor totius prouinciæ. Et de

her

bet visitare loca publica allegat Bald.in l.si in aliqua per tex.ibi.ff.de offi. pro consulis & lega.num.5.

7 ¶ Et cõmissio generalis visitandi per aliquam specialem non tollitur, quia omnia intelligũtur cõmissa alicui tãquam sub eo.alegat l.nec quicquam eod.tit.& arg.l.1.C.de offic.prefecti.vrb.& ca. per hoc de hæretic.lib.6. Iass.l.quod in rerum §. si quis. ff.delegat. 1.n.5.vbi enũmerat arduã quæstionẽ quæviguit inter fratres ordinis humiliatorũ & Archiepis.Mediolanẽsem.Nã dicti fratres impetrarunt à sũmo Pontifice vnũ de ordine suo in generalẽ,qui haberet eos visitare,& corrigere totũ ordinẽ:an Archie.possit eos visitare & corrigere sicut antea consueuerat iste tex.ind.§.siquis facit quod nõ:vt dicit Iass. Quia q͏̃ alteri est datũ, cẽsetur alteri ad emptũ,seu diminutum, allegat l.dominicis.C.vbi causa fiscal.& l.si duo. ff. de administrat. tuto. Sequitur Raph. cuma. & Paul.de castr.ind. §. siquis. Et concludit.q͏̃ licet materia sit diffusa, &

pro

pro vtraq; parte disputabilis, credit, quòd per specialē visitationē cōcessam generali quo ad fratres humiliatos, non intelligatur derogatum generali visitationi, quam habet Archiepiscopus in tota prouincia. Et ita in spetie tenet Petr. de anchar. in cap. tibi qui, de rescript. in 6. Vbi tenet, quòd specialis visitator non derogat generali. Idem tenet Petr. de anchar. in cap. per hoc, de hæret. in 6. vbi tenet, quòd licet Patriarcha Grandensis dederit specialē visitatorē mouasterijs suis, tamen Episcopus Castellanus poterit in ore suo visitare allegat Bart. in l. in Prouinciali §. 1. ff. de oper. nou. nunc. & in l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de public. Istam opinionem tenet Barb. in capit. dilectus de rescript. num. 10. Sed Troilus Maluetius, tracta. de oblationibus ecclesie, vel altari, vel imagini factis 4. p. tractatus numer. 13. Dicit quod Prouincialis spetialis Visitator deputatus ad visitandum excludit Episcopum, allegat Bald. in autho. habita,

in. 9.

in.9.col.in decima oppositione.C.ne filius pro patre.Tu cogita. nam si species euellitur a genere tãquã species separãt à toto,videtur procedere opinio Troil, secus si species ponitur gratia coadiuuãdi vel suplendi genus,benefacit tex. in l. quoties.§.fin.ff. de administrat. tuto. Et videtur facere tex. in cap. pastoralis. de priuil.vbi probatur,quòd propter priuilegium Papæ indultum aliquibus clericis,non intelligitur derogatum ius ordinariæ potestatis nisi Papa concedat exemptionem ab ordinario.

8 ¶Item dicit Bald.in l.si in aliquam ff. de officio pro consul.Quòd Visitator generalis potest corrigere malefactũ à visitatore speciali & allegat.l.Si hominem ff.mandati.Refert,et sequitur Barbat.in cap.studuisti.n.12. de officio legat.

9 ¶Et si visitator fuerit datus diœcesi, an possit visitare ciuitatem. dicit Barb. quod nõ.in cap.dilectus.n.10.de rescript. Et vide ibi additionem dicentem quod sic.Nam diœcesis nomine etiam ciuitas contine-

continetur, allegat tex. optimum in cap. sacrorum 63. distin.

10 ¶ Et in tali visitatione corrector potest remouere aliquē ab officio propter graues & manifestos excessus, Bald. in cap. dilectus, el. 1. de rescript. n. 3. vbi dicit Abb. n. 3. clericos non debere priuari beneficijs suis, nisi propter graues & manifestos excessus, & quæ sint grauia crimina & graues excessus vide eundem Abb. in cap. cum ab homine de iudicijs, in num. 14.

11 ¶ Visitator datus à Papa habet ampliorem potestatem quam ab inferiori, Archid. Domin. in cap. ecclesiæ. n. 4. de suplend. negligen. prælat.

12 ¶ Qui etiā potest priuare, tenet Abb. in cap. dilectus el. 1. de rescript. sequitur Gregor. glos. in l. 20. tit. 7. p. 1. vbi dicitur.

13 ¶ Quòd Visitatores generales ordinis generalem Prælatum non possunt deponere, nā immediate sub sunt Papæ. Ad quem mitere possunt talem Prælatum, vt illum puniat.

14 ¶Item Visitator si est datus ad corrigendum potest priuare beneficijs. Abb. & Fel. in d. cap. dilectus. n. 2. de rescript. De quo late per Cardin. Zab. in clem. attēdentes de statu monach. Vbi cū Lapo concludit, quod Visitator simpliciter datus non potest deponere nisi in mandato dicatur, inquiras, & corrigas, quia tunc si non posset amouere, perpetuò correctio nō esset integra. Imol. ibi col. 6. dicit Visitatorem non posse amouere quem, vbi talia verba non ponuntur in cōmissione. Et allegat Felin. Ioan. Andr. in cap. 1. de homic. lib. 6. dū dicit delegatū nō posse priuare aliquē suis beneficijs nisi in cōmissione fuerit expressum, quia regulariter talis visitator nō habet iurisdictionem in puniendo Mar. in tract. de visitat. lib. 8. ibi quarto principaliter quæro, in med. allegat, c. 1. §. sane de cēsibus lib. 6. Circa hoc vide concil. Trid. sess. 21 c. 3. in fin. de reform. ibi eos visitari possint, & corrigere.

15 Visitator datus ab inferiore ad corrigen

gẽdũ poteſt corrigere,ſi inferior, habet talem poteſtatẽ Barb.in d.cap. dilectus, de reſcript.n.13.&.14.

16 ¶Poteſt etiã Viſitator cõuocare populum.cap.1.de cenſibus.in.6.in princ. l.7. titul.22.p.1.

17 ¶Item poteſt Viſitator eccleſias quomodolibet exemptas ſingulis annis viſitare concil.Trid.ſeſſ.7.c7.& cap.8.

18 ¶Cauſas verò matrimoniales in viſitatione an poſsit tractare Decanus, Archidiaconus,& alij inferiores,cõcil. Tri. ſeſſ.24.c.20.dicit quod non. Idem dicit de cauſis criminalibus.

19 ¶Quæro an Viſitator habeat legitimam adminiſtrationem,ſi aliter in mandatis non exprimatur.Soluit Ioan. And. dicens,quod ſic, licet ad cautelam iſtud in cõmiſsione exprimatur.Sequitur Domin.c.eccleſiæ.n.10.de ſuplenda neglig. Prælat.allegat.c.cum nobis olim,de electio.Nec obſtat l. mandati. ff. de procurat.nec etiam obſtat. c. qui generaliter de procurat. lib. 6. vbi non venit libera

& generalis potestas, nisi exprimatur mandato. Quia iura in contrariũ aducta 20 loquũtur in procuratore. Tex. autem in d. c. ecclesiæ, loquitur in Visitatore. Et est ratio diuersitatis quia dignius est officium visitatoris, quam procuratoris, allegat Lapum & Ioan. And. & quòd habeat liberam administrationem tenet Fel. c. cum deputati, de iudic. n. 9. notat add. ad Abb. in cap. fraternitatem de donation. Quæro etiam visitator an possit alium visitatorem substituere, glos. 2. c. si Episcopus de offic. ordin. lib. 6. dicit quod si pertinet iure ordinario bene potest, secus si iure delegato. Zab. in clem. attendentes. n. 7. de statu monach. Franciscus Paui. in tract. d̃ visitatione, Add. ad Abb. in cap. intercetera de offic. ordin. verb. alios visitare. Et dicit Zab. vbi sup. quòd 21 potest dummodo in mandatis non adijciatur quod visitet personaliter, per tex. in cap. fin. §. is autem de officio delegat. à contrario. & etiam arg. nostri tex. ibi Archidiaconi autem, & ibi perse ipsos 22 tantum

tantum ibidem visitare.

20 ¶Potest etiam Visitator ordinarius subditum suum compellere ad ostendẽdum omnes titulos beneficiorum suorum. Etiam si alibi talia beneficia sint vt per Gomes.in regul.de trienali possessore q.10.ante fin. Dicit nullus excepto ordinario superiore, potest cõpellere possessorem ad ostendendum titulum beneficij post trienalem possessionem, vt omnes moder.notant.in cap.licet Hely. de Simon. Anania ibid. requirit triennium. Fel.vero ibidem exigit decẽnium. Idem Fel.in ca.illud de præsumptionibus nũc triẽnium, nunc decẽnium necessarium esse censet. Cou.vero in reg. possessor. 2.p.§.10.n.9.dicit hoc relinquendũ arbitrio iudicis, an sit triẽnium an decẽniũ.

21 ¶Debet etiam Visitator diligẽter curare vt decreta & cãnones Cõcil. Trid. recipiantur in studijs generalibus & vniuersitatibus Concil. Trid.sess.25.c.2. de reformat.

22 ¶Præterea visitator in sede vacante

datus nõ poteſt dare licentiam ſacerdoti transeundi in aliam eccleſiã Rot.nou. decis.6.n.2.de rerum per mutation.

23 ¶ Poterit etiam Viſitator punire clericos, ſi in ſuis eccleſijs reſiderint qualitercumq; exẽptos, concil. Trid. ſeſſ.14.c.4.

IN VERBIS SI QVOTANNIS totam, propter eius latitudinẽ viſitare nõ poterunt. Saltem maiorem eius partem: ita tamen, vt tota biennio per ſe, vel viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant.

1 *Puer nõ debet ad ſcholas duci, nec tẽpore hiemis cõſtringentis, nec tẽpore eſtatis comburẽtis.*
2 *Viſitator propter quid non timebit calorem eſtatis, nec hiemis frigiditatem.*
3 *Zelus Romanorum quantus fuit.*
4 *Homines propter quid naſcuntur.*
5 *Viſitatio quoties, ſeu quando fiat, n.9. & n. 15*
6 *Quis erit Iudex, vt fiat viſitatio.*
7 *Infamia an ſit expectanda, vt viſitatio fiat.*
8 *Ad inquiſitionem ordinariam faciendam præambula infamie requirantur.*

Viſita

9 Visitatio fieri potest, quando voluerit visitator.
10 Visitatio fit, vt malum corrigatur.
11 Visitatio fit propter commissa corrigenda, non propter cõmitenda.
12 Visitatio potest fieri diebus feriatis.
13 Nolentes ad pacem & concordiam venire ab ecclesia expellantur.
14 Subditi non dabunt legẽ cibariorum superiori.
15 Visitatio fit singulis annis, de beneficijs curatis anexis cathedralibus, collegijs aut alijs pijs locis.
17 Visitatio potest fieri bis, aut pluries, si causa subest.
18 Capitula cathedralium illorumq; personæ visitentur, quoties opus fuerit.
19 Collegia seu seminaria puerorum sepius ab Episcopo visitentur.
20 Visitatio pluries fieri potest, si in fundatione fuerit conditio apposita.
21 Cõsuetudine speciali præscripta potest cõpetere visitatio vt pluries fiat, idẽ de procuratione.
22 Priuilegio visitatio potest competere, vt fiat pluries eodem anno.

23 *Archidiaconus de triennio in triennium debet visitare.*
24 *Archiepiscopus potest visitare semel in anno, & si est legatus natus potest eodem anno facere secundam visitationem, & duplicē procurationem recipit, & quando vnam.*
25 *Ordinarius visitator si vult potest visitare in anno sepius, dummodo tantum recipiat vnam procurationem.*
26 *Patriarchæ, Archiepiscopi, & alij visitatores quot euectionibus, & equitatibus (dū visitat) sint contenti.*
27 *Ius non debet calūniari, neq; verba captari.*
28 *Ecclesia Dei per plures si regatur, sanctiùs ordinatur.*
29 *Incendia spiritualia visitatione fugantur.*
30 *Quod à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur.*
31 *Clerici sibi imputent, qui tales se reddunt, vt toties debeant visitari.*
32 *Medium cōsequi, nimium dificile.*
33 *Virtutes & vitia sunt in nostra potestate.*
34 *Ad medium qualiter peruenitur.*

35 *Ecclesia si est pauper, qualiter visitatores procurabuntur.*
36 *Visitator suplet impotentiam visitati.*
37 *Latitudo causa est, vt per alium visitatio fiat.*
38 *Prælatus debet habere coadiutores.*
39 *Episcopi per se tenentur visitare, & vbi habitabunt.*
40 *Libellū repudiij cōtinebat, res tuas tibi habeto.*
41 *Visitationis actus personalißimus.*
42 *Verbum per se ipsos quid importet.*
43 *Vicarios diligentes esse domini non diligentis impoßibile est.*

1 ¶Pro istis verbis nota quod dicit Boetius de disciplina scholariū c.1.in princ. Cum puer ad scholas ducitur, cauendū est, ne obtusitas hyemis constringentis, aut profunditas estatis comburentis periculi in crementum generet.

2 ¶Nonne visitator timere debet nimiam frigiditatem hyemis, aut in crementum caloris estatis? certe non. Nam bonum reipublicæ solum consideratur.

3 Tantus namq; fuit zelus apud antiquos Romanos, quòd statim honoris apices assumentes abiecta priuata charitate publicam induebant. Nec etiam filios plorabant quando in bello mortem pro republica sustinebant.

4 ¶ De quo Valerius, lib. 5. c. 6. & ait Tul. lib. 1. de offic. Non solũ nobis, sed ortus nostri partem patria vendicat, partẽ amici. Atq; vt placet Stoicis, sicut quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creari, sic homines hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se alij alijs pro desse possint.

5 ¶ Visitatio fit, quoties seu quando ei, cum onus visitandi incumbit, videbitur expedire. Secũdu Henric Bohic. c. cum apostolus de cẽsibus argum. tex. in cap. procurationes, eod. tit. Nam cũ tempus non sit determinatum in iure, relinquitur arbitrio iudicis glos. 2. c. pen. de tẽporibus ordinat. glos. fin. c. finem litibus de dolo & cõtumacia l. 1. in fin. ff. de iur. deliberandi, c. de causis de offic. delegat.

6 ¶ Quis vero declarare poterit, seu cuius dicto stabitur, quod sit opportunum visitare. Domi. in cap. Romana. de censibus, lib. 6. §. postquam. n. 3. dicit quod stabitur dicto Archiepiscopi. Allegat Inn. Host. & Ioa. Monachũ Quasi ipsi velint, quod in ista causa quæstio nõ potest moueri. Sed Dom. Ioa. de Imol. dicũt quod melior ratio videbitur si intra eundem annum non fiat visitatio bis. Et honeste facit Episcopus abstinendo, addictio ad glos. fin. in cap. cum venerabilis de censibus.

7 ¶ Visitator non debet expectare ad visitationem faciendam, vt infamia oriatur. Henri. Bohic. c. mandamus de offic. Archidiac.

8 ¶ Licet ad ordinariam inquisitionem faciendam præambula infamiæ requirãtur. Mar. Socin. ca. qualiter, & quando el. 2. de accusat. 9. princ. Sed predictis obstare videtur, quia cum ratione visitationis procuratio debeatur, secundum Gofred. c. cum instãcia de cẽsibus, & proba

& probatur per tex. in cap. procurationes, eod. tit. de censibus. Ergo sequitur quòd in fine anni colectis iam fructibus fieri debeat visitatio, vt notat Vicent. c. cum nuper eod. tit. & iuxta illud, quãdo dan los campos, han los sanctos. Tamen Anton. de Butrio ibid. n. 6. dicit procurationem deberi eo tẽpore quo ecclesia visitatur. Sequitur Abb. per illũ tex. ibid. contigerit visitare, & per tex. in cap. procurationes. Subdit tamen Abb. quòd dictum Vinc. potest assumi pro consilio.

9 ¶ Sit ergo conclusio visitationẽ posse fieri quandocũq; voluerit Visitator. Sed quæ dicta sunt, veniunt limitãda, per ea quæ à glos. notatur verb. annis singulis, in clem. attendentes de statu. monach. Dummodo tempora debita veri similis correctionis & reformationis seruẽtur. Vide glos. fin. in d. c. cum venerabilis de censibus. Vnde non videtur ꝙ vna visitatio possit fieri in fine vnius anni, & alia in principio sequentis anni glos. verb. annis singulis, in clem. attendentes. de

ſtatu monachorum,& arg.notat.in cap. in ſingulis de ſtatu mon. & ibid. tenet Zenzen.& Paul.in d.clem.attendentes.

10 ¶ Aſsignātes rationē quia ceſſat cauſa viſitandi quæ eſt, vt malum corrigatur,c.1.§.ex quo de cenſibus,lib.6.ibi ne animarum periculum aliquatenus negligatur,c.viſitandi.18.q.2.Et etiam conſiderandum eſt ne inter primam & ſecundam viſitationem,ſit tam breue tempus in quo nihil poſsit inueniri correctione dignum,veluti ſi viſitatio vna ſit in fine anni,& alia in principio ſequentis anni.

11 ¶ Nam viſitatio fit propter commiſſa corrigenda,non propter committenda Abil.c.6.præt.verb.vna vez,n.1.

12 ¶ Et viſitatio poteſt fieri diebus feriatis, cum pertineat ad correctionem, & eleemoſynam ſpiritualem. Et plerumq́; fiat pro pace & concordia inter clericos & religioſos,ac etiam laicos inducenda, per tex.in ca. fin.de fer.& in noſtro tex. ibi pacem innocentiamq́; accendere.

13 ¶ Tales nāq; ad concordiam nolētes

venire ab ecclesia excommunicationis sententia sunt expellẽdi.c.placuit.c.studendum.90.dist.Itaq; visitatores tenentur acendere populum ad pacem.c.1.de treuga & pac.c. præcepimus distin. 90. Quamuis autem omnibus diebus visitatio possit fieri, tamen honestum est aduertere in visitatione monasterij.

14 ¶Quod visitator accedat feria sexta, seu Sabatho, vel his diebus quibus cibaria visitantium conuenirent cibarijs regularium visitandorum. Si autẽ alio die Visitator accedit, subditi non possunt legem imponere superiori in cibis glos. verb. si voluerint, in clem. 2. de censibus.

15 ¶Quæro visitatio quoties fieri potest tex. In cap. decernimus, & cap. Episcopus ecc̃t. placuit 10.q.1. dicunt visitationem posse fieri semel in anno, alibi dicitur, quòd potest fieri visitatio bis in anno. C. cum venerabilis de cẽsibus. c. excõmunicamus. §. adijcimus, de hæretic. Alibi autem dicitur quòd visitatio potest

test fieri quoties necessitas fuerit.c.rege da.10.q.1.c.non semel,18.q.2.refert Hugo tract.de offic.quatuor Prælatorum. 2 p.de exactione Episcopali. Aliqui dicũt visitationem posse fieri semel in anno, si causa subest, c.relatum & c. cauendum 10. q. 3. Sed si nescessitas non subest de triennio in triennium, c.1. de officio Archidiac. Communis autem opinio est quod prælatus cuius tribuit potestatem visitandi, semel in anno visitationem potest exercere, c.conquærẽte de offic.ordin. ibi glos.verb.visitandas, & verb. annua. c.mandamus de officio Archid. ibi. glos.fin. Gofred. Ioan. & Philip. in cap. venerabilis de censibus Hert. Et hic in cap.cum apostolus de censibus.

16 ¶ Item beneficia curata an exa cathedralibus, collegijs, aut alijs pijs locis, visitentur annis singulis, Concil. Trident. sess.7.c.7.

17 ¶ Sed ista limita, si causa visitandi necessaria vel legitima subest, nam tunc bis, aut pluries posset visitatio fieri. cap.

manda

mandamus, de officio Archid. ibi nisi forte talis causa emerserit, propter quã ipsum oporteat præfactas ecclesias visitare, c. visitandi, c. non semel. 18. q. 2. l. 2. tit. 22. p. 1. c. regenda. 10. q. 1. Abil. c. 6. prætorum verb. vna vez. n. 2. allegat Archiep. Flor. 3. p. tit. 20. c. 5. §. 4.

18 ¶Capitula etiam cathedralium illorũ q; personæ visitẽtur toties quoties opus fuerit concil. Trid. sess. 6. c. 4. de reform. & sess. 25. c. 6.

19 ¶Item collegia seu seminaria puerorum sepius ab Episcopo visitentur cum consilio duorum canonicorum, concil. Trid. sess. 23. c. 18.

20 ¶Fallit etiam si in fundatione ecclesiæ fuit conditio apposita, vt bis vel pluries visitetur arg. tex. in cap. Eleutherius 18. q. 2. & per nostrum tex. in fine ibi nisi id eis ex institutione ac fundatione cõpetat, & est tex. secũdum vnũ intellectũ quem tenet glos. in fin. in d. c. venerabilis de cẽsibus, sequitur Abb. ibi. n. 6. licet Zab. dicat quod cõtinet diuinationem, facit

facit.c.quanto,eod.tit.lib.6.c. præterea de jur.patron.tradit Henr.Bohic.in cap. cum apoſtolus de cenſibus ; & Zab. in clem.fin.de ſtat.monach.

21 ¶Fallit etiam ſi poteſtas pluries viſitandi,& procurandi ex cõſuetudine ſpeciali preſcripta cõpeteret,vt notat Mar. in tract.de viſitat.lib.fin.allegat tex.ſecũdum vnum intellectum in.c.d.venerabilis,& ſequitur Hoſti,vbi dicit , quod illa decretalis loquitur ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum in quibus Epiſcopi procurationem recipiunt bis in anno. Vnde dicitur in talibus eccleſijs vulgariter,quod Epiſcopus habet procurationem cum feno &cum herba, hoc eſt ſemel in hyeme,& ſemel in eſtate.Inde poteſt habere vnam procurationem de iure communi. & aliam de conſuetudine præſcripta,facit.clem.2.verb. ipſis autem de cenſibus. Et idem tenet Hoſt.in ſum.tit.de cenſibus verb.quibus eſt danda in fin. Henric.cap. cum apoſtolus.

22 ¶Fallit etiam si visitandi potestas eodem anno pluries competeret ex priuilegio, idem Mar. vbi sup. allegat. c. pastoralis & cap. porro. de priuileg. & clem. 2. §. ipsius autem, de censibus. Item quia si hoc potest facere consuetudine vt sup. diximus. fortius hoc potest priuilegium Papæ, vt in extrauagāti Ioannis. 22. quæ incipit. Suscepti regiminis, facit etiam tex. in cap. in synodo, & cap. Adrianus. dist. 63. secundum Henric. in d. c. cum apostolus.

23 ¶Fallit etiā in Archidiacono qui non semel in anno, sed de triēnio in triēniū vnam visitationem debet facere & vnā procurationem. c. 1. de offic. Archidiac. & Host. in summ. in tit. de offic. archidiac. §. quod sit officium, verb. patet ex præmissis, quod ad minus de triēnio in triennium debeat visitare, per d. cap. 1. sed ad plus semel in anno nisi causa emerserit, propter quam habeat sæpius visitare. Et ita procedat. cap. mandamus de officio Archidiac. Vel secundum

cundum glos.in d. cap. 1. possumus distinguere quod aut loquimur de visitatione propriæ parrochiæ ipsius Archidiaconi, & illa semel in anno iure ordinario tenetur visitare ita dicit.c.mandamus. Aut loquimur de visitatione facienda de tota diœcesi si ad mandatum Episcopi propter ipsius impedimentũ & tunc de triẽnio in triẽnium,&t sic loquitur dict.cap. 1.

24 ¶ Fallit etiam si vellet visitare diuerso iure quia tunc potest bis visitare. Exemplum in illo qui est Archiepiscopus & legatus natus, qui tanquam Archiepiscopus potest semel visitare in vno anno, & tanquam legatus potest eodem anno secundam facere visitationem, & duplicem recipiet procurationem text. in capit. cum nuper de censibus. Et tenet Zabar. ibi facit. c.cum olim. de re iudic. Quod tamen procedit secundum Zaba. quando ex causa sic visitaret, aliàs si post primam

visitationem confestim facit secundam, nã tunc videtur secunda superflua quod procedit in dubio vt arbitror. alias posset contingere causa propter quam etiã eo iure posset in mediate reiterare visitationem. Et sic facta duplici visitatione legitime vna tantum dumtaxat simpliciter soluta sit procuratio indubio. Secundum Vinc. potius intelligitur soluta nomine legationis cum minus possit resisti legato, quam Archiepiscopo, & solutio præsumitur facta in causam duriorẽ l. in his. in princ. ff. de solut. secũdũ Vinc. in d. c. cum nuper, & sequitur ibi Zabar.

25 ¶Fallit etiam si prælatus ordinarius velet sepius eod. anno visitare absq; eo quod aliquam procurationem recipiat inde, vel aliud grauamen inferat, secundum Henric. Bohic. in cap. cum apostolus in pr. de censibus. Quoniam ex talibus procurationibus salus cleri & populi, & vtilitas & reformatio ecclesiarum & non grauamen ecclesiæ procuratur. Et ita dicit posse intelligi. c. visitandi, in princ.

princip.18.q.2. Ceterum cum supra dictum fuit q; eadem ecclesia potest visitari à Legato, à Patriarcha, ab Archiepiscopo, ab Episcopo, & ab alijs de quibus postea dicemus, & non solum semel, sed ex varijs causis pluries. posset aliquis dicere, quid faciet miser rector talis ecclesiæ.

26 ¶Nam Archipræsbiter visitat cũ duobus æquis, Decanus cum duobus æquis, Archidiaconus cumquinq; , vel septem æquis, Episcopus cum viginti vel triginta, Archiepiscopus cũ quadraginta, vel quinquaginta, & similiter Patriarcha, Cardinalis cum viginti quinq;.c.cum apostolus de censibus.l.2.tit.22.p.1.quare si omnes hi eodem anno etiam semel ad eandem ecclesiam declinauerint, cito certe ad exinanitionem extremæ virtutis, idest facultatis ecclesia deueniret, & longi temporis victum breuis hora consumeret, quod est contra iura.c. interce tera.c.cum apostolus.§.prohibemus de cens. Ad huiusmedi absurdum euitandũ,

varij varia dixerunt,quorum opiniones refer. Host.in sum.in tit.de offic.Archidiac.§.quid sit eius officium,verb.sed diceres quid faceres, sed illas opiniones referre omitto,quia communiter reprobantur,& sunt omnino falsæ.

27 ¶Vnde dicit Host. in d. loco se putare quod ius non debet calũniari, neq; verba captari,sed qua mente quid constituatur animaduertere,cõuenit.l. pen. ff.ad exhibend.Abb.in cap.sicut olim.n. fin.de accusation.

28 ¶Putat ergo idem Hostiens.quod ad hoc vt ecclesia Dei sanctius regatur,crimina purgentur, & virtutes inserantur, plures visitatores sunt admittendi, & interest reipublice quam plurimos admittere ad defendendam suam causam. l. nã reipublice.ff.de oper.noui nũciatione,sicut ergo septem cohortes cõstitutæ sunt,præpositis eis tribunis,& super omnes spectabili viro qui præfectuus vigilũ appellatur,vt vrbs ab incẽdijs defenderetur.l.3.ff.de offic.præfect.vigilum.

29 ¶ Sic multo fortius cauendæ sunt ecclesiæ Dei ab incendijs spiritualibus. Nam extra vndã, & fumum, longe compelle carinam, circe monebat. vt refert Arist. Ethic.2.c,9. Vnde ad hæc incẽdia euitanda inferiores constituti sunt, præ positis Episcopis, & Archiepiscopis, & super omnes summus Pontifex præponitur. Quare omnes ad prædictum effectũ visitabunt, & dicit. l.12.tit.15.p.1. No se deuen tener las iglesias por agrauiadas en tener muchos patrones, ca quanto mas fueren, tanto mas sera mejor guardada e amparada de ellos. Y dize el refran, por abunbancia no ay mal año. Y piedra sobre piedra a las nuues llega.

30 ¶ Quod enim à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur. capit. de quibus. 20. distin. & per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. l. fin. C. de fidei commissa. capit. prudentia de offic. & potes. iudic. delegat. & plura participant infinito. Aristote. problematum sectio. 18. quæstion. 9.

ideo idem in lib.1.Rhetoricorum.c.4.di cit ad cõseruationem regionis multitudinem custodium necessariã esse. Quod impossibile est, nisi à custodibus optime noscatur, vt si minora sunt præsidia, augeãtur, si uero superuacua, omnino tollantur & loca opportuna magis custodiã tur. Y dize el refran, mas vale hallado que hurtado. Y manos duchas come truchas. Sed aduertendum est, quoniã per prædicta non videtur tolli supra dictum absurdum. Quare dicendum est quòd si propter necessitatem in ecclesia toties reiteretur visitatio, sibi imputet ecclesia quæ talem causam præbuit.

31 ¶ Sibi imputent clerici qui tales se reddunt, vt toties debeãt visitari, glos. verb. visitandas.c. conquerẽte de offic. ordin. glos. verb. diei, in extrauag. inter cõmu. vas electionis, de censibus. si v s, t visitatio raro fiat, accedas ad medium, quod tenuere beati.

32 ¶ Ad quod consequendum, est nimiũ dificile, ethicorum.2.c.9.

Sed

33 ¶Sed cum virtutes & vitia sunt in nostra potestate, vt per Arist. lib. 1. c. 12. magnorum moral.

34 ¶Adiuti Dei auxilio, ad medium peruenire possumus, si nos longe à delinquẽdo se cernimus, ethicorum. 2. c. fin.

35 ¶Si vero ecclesia nullam causam visitationi præbuit, & pluries visitaretur nec posset tot visitatores procurare, tũc vel facta contributione, vel proprijs sumptibus visitatis talis visitatio fiet, & semper habenda est ratio ne ministri egeant. Et dicit Lap, post Io. And. in cap. fin. de censibus, lib. 6. vbi Domin. n. 4.

36 ¶Quod impotentia visitati visitans suplere tenetur suis sumptibus.

37 ¶Latitudo dicit tex. est causa vt visitatio posit fieri per alium, quam per Episcopum glos. verb. derecha. l. 1. tit. 22. p. 1. allegat glos. verbo personaliter, in. c. procurationes, de censibus. Videntes apostoli messem multam esse, & operarios paucos rogauerunt dominum messis, vt mitteret operarios in messem

ſuam Luc.10. & Math. 9.

38 ¶Itaq; Prælatus debet procurare vt ſe cum habeat coadiutores in officio. Abb.in cap. mandata cœleſtia. de præſumptionibus, allegat.c.fin.de offic. Archipræsbit. ita multiplicato populo debuerunt prædicatores & miniſtri plures poni.c.in vno.21.diſt.in.fin.allegat gloſ. verb. vnicus paſtor. extrauagan. ſedes Apoſtolica, de conceſsione præbendi. Ioan.22.

39 ¶Ve autem Epiſcopo qui per ſe non viſitat, ſed potius minima occaſione in uilulis profugus, ac ſi interſe & eccleſiam eſſe libellum repudij interpoſitum.

40 ¶Veluti res tuas tibi habeto.l.conſenſu. C. de repudijs. Quod potius ab ſententia quam reſidentia cenſenda eſt cõcil. prouincial. Toletan. actione. 2. ad prima.in fin.vbi dicitur illic oportet Epiſcopos habitare, vbi ſedes Epiſcopalis fuit conſtituta. Dize el refran, el mediço en el lugar, la botica en la Ciudad, mal

mal pueden a mi ſanar. Epiſcopi ibi reſideant vbi facilius, & commodius potuerint regere ſubiectos, & illos continere honeſtate vitæ, ac morum Concil. Tridentin. ſeſſ. 13. c. 1. de refor. c. fin. 80. diſtin.

41 ¶ Et actus viſitationis perſonaliſsimus eſt, per ipſum Epiſcopũ implendus. Verba iſta perſe ipſos aſtringunt ad perſonaliter exercẽdum vt in. l. fidei commiſſa. § fin. ff. delegat. 3. & in. l. 3. §. fin. ff. qui petant tutores, Auend. c. 4. numer. 33. p. 1. de exeq. mand.

42 ¶ Vbi dicit quòd iſta verba perſe ipſum important. vt non poſsit ponere ſubſtitutum allegat text. in capit. fin. de offici. de legat. Et Iaſſon. in. leg. quòd quis. numer. 4. C. de procuratoribus. Quid igitur Viſitator ſeu Epiſcopi Vicarius videns Domini negligentiam, & cum recubantem ſubtegmine fagi, faciet, maieſtas namq́; & ocium non coeunt. Muliercula cum deferet apud

Philipum

Philipum Regem Macedonum quære moniam, isq; tedio negotiorum exaudire recusaret, ausa est reclamare. aut aurem pacientem quæremonijs accom moda, aut Regem esse desine, id Rex patienter effecit. Consule Arist. lib. 1. æconomicorum. c. 6. dicentem nisi enim quis bonum exemplum de se præbuerit imitatorem diligentiæ habiturum non existimet, neq; in re familiari neq; in alijs.

43 ¶ Quoniam impossibile est, non diligentis domini diligentes esse Vicarios. Vigilent igitur Episcopi super Gregem sibi commissum, ne eis dormientibus inimicus homo veniat, ac zizania super seminet: veluti errores doctrinæ, ac morum corruptionem. Quæ quidem frequenti visitatione extirpanda sunt, ne crescant, & pereunte Grege, sanguis ouium ab eorum manibus requiratur, qui iuxta Prophetam, & Apostolum speculatores adeo constituti sunt. Visitent ergo Episcopi perse vel per alium proprias

dioece

diœceſes omnino ſeruantes quæ à ſacro ſancta Sinodo Tridentina ſtatuta ſunt. Neq; excuſentur ab hac perſonali viſitatione quouis impedimento, quod alioqui begnina quadam indulgentia ſolet admitti. Si ſecus Epiſcopi fecerint, intelligant, ſubituri, non qualemcumq; cenſuram, præter diuinam vltionem. Cum & dominus apud Ezechielem Prophetam. c. 34. duriſsime increpet Epiſcoporum negligētiam in hoc viſitationis munere exercendo. Dum inquit ſuper omnem faciem terræ, diſperſi ſunt Greges mei, & non erat qui requireret, non erat inquam, qui requireret. Concil. prouincil. Toletanum. 2. actione ſecunda.

IN VERBIS, A METROPOlitanus verò.

1 *Viſitator pro reformanda eccleſia tam in capite quam in membris qualiter ſe habeat.*

2 *Viſitator debet prædicare.*

Sermo

20 Cautela decens, quando fiunt interrogationes contra Episcopum.

21 Prælati si delinquun, crudelius puniuntur.

22 Causæ criminales hodie qualiter ventilantur contra Episcopum.

23 Accusatio cōtra Episcopū nō facile admittitur.

24 Archiepiscopus qualiter in visitatione canonicorum, beneficiorum, clericorum, & laicorū se habeat.

25 Episcopus in visitatione quid faciet, & qualiter testes interrogantur.

26 Concubinam clerici an habeant, interrogatio.

27 Aleatores clerici, interrogatio, an sint.

28 Blasfemos esse quæritur.

29 Vsurarios esse quæritur.

30 Coniuratorem seu conspiratorem eße quæritur.

31 Alienatorē rerū ecclesiasticarū esse quæritur.

32 Obligare rem ecclesiæ, an permittatur.

33 Dilapidet res ecclesiasticas, vel consumat an quis, quæritur.

34 Sacrista thesaurarius an bene custodiant ornamenta, & vestimenta, & res alias ecclesiarum.

Res

Monachi

50 *Monachi contumaces rebelles per quem puniuntur.*

51 *Mãdata seu instituta Visitatorũ sunt seruandæ ab abbatibus, & monachis, quod si neglexerit, qualiter puniantur.*

52 *Abbati negligenti detur coadiutor.*

53 *Abbas dilapidator inuẽtus, amouetur sine strepitu iudiciorum per Diœcesanum, & prouidetur administrator neq; quo de Abbate prouideatur, si Diœcesanus non ad impleuerit, præsidentes quid debent facere.*

54 *Visitatores sequentes per quirant vestigia Visitatorum illorum, qui præcesserunt, & referant negligentias capitulo sequenti.*

55 *Ad Visitatorem pertinet examinare ecclesiæ rectorem, & de quibus examinatio fiat.*

56 *Visitator gratias Deo agit, quando omnia bene exercentur.*

57 *Visitator quando instiuit ignaros.*

58 *Facilis est, qui de facili credit.*

59 *Credulitas quando dicitur temeraria.*

60 *Fama bona, quã infamia delectatur Prælatus.*

61 *Peccatorẽ occultũ abscõdere tenetur iudex.*

62 *Christus Petro peccatori commisit ecclesiam, vt sua culpa diceret, qualiter aliis misereri debuisset.*

63 *Subditi non ferro, sed verbo agrauandi.*

64 *Rex apum non habet aculeum, quo pungat.*

65 *Prælatus quibus verbis vti non debet cõtra clericos in præsentia laicorum.*

66 *Laici oppido clericis in festi existunt vt in plurimum.*

67 *Cithara cum psalterio non concordat bene.*

68 *Inquisitio de iure parochiæ cum bonis & honestis fieri debet.*

69 *Cartulas an debeat recipere visitator, quas subditi clanculum illi dant.*

70 *Inquisitionem si vult facere Visitator cõtra aliquem, quid debet inquirere. n. 72.*

71 *Infamatus quis non dicitur propter dicta paucorum.*

73 *Inquisitio quæ fit per Visitatorem, dicitur præparatoria, non solennis, fit absq; iuramenti exactione.*

74 *Populus cum male mouetur est docendus, non sequendus.*

75 Delicta notoria punienda sunt.
76 Pena debita dicitur, quæ à canone instituitur.
77 Delicta vbi notoria non sint, & absq; infamia, an Visitator peruenire poßit ad solennem inquisitionem.
78 Rectori ignaro an detur coadiutor.
79 Illiterati & imperiti Rectores, minus apti sunt sacris officijs.
80 Ignorantia cura sacerdotibus vitanda.
81 Cecus si ceco ducatum præstet, ambo in foueam cadent.
82 Clericos minus idoneos, & in capaces Visitator potest suspendere.
83 Apellatio non conceditur in causa habilitatis, & in habilitatis.
84 Indignos promouentes peccant. Et promoti.
85 Irregularis est quis, rationi defectus scientiæ.
86 Literis carens non potest præeße officijs sacris.
87 Infamatum clericum si inuenerit Visitator, qualiter procedat cum eo, an acriter, an vero benigne.
88 Correctio ad actum exteriorem charitatis, & iustitiæ pertinet.

gulis annis ad cõmunicandum anathema sit.

800 Prælatus moneat populum vt frequenter ad suas parrochias accedant.

801 Parrochiani vt interesse diuinis teneantur in sua parrochia trina monitio requiritur.

802 Parrochiani quibus diebus interesse diuinis teneantur.

803 Matrimonium qui contraxerunt incestuose, sunt excommunicati, cum quibus non dispensatur. Et sunt denunciandi, & euitandi.

804 Conuenticula occulta celebrare prohibetur.

805 Habitũ noue religionis assumere, vel inuenire nouam religionem prohibitum.

806 Inquirit visitator an sint aliqui viri scelerati, aut adulteri.

807 Blasphemi an sint, inquirit visitator.

808 Blasphemus si fuerit absolutus sacramentaliter non liberatur à penis iudicialibus.

809 Discordia an sit inter aliquos inquirit visitator

810 Vsuras seu barraterias prauas quem exercere, inquirit visitator.

811 Sacrilegiũ quem commisisse inquirit visitator.

812 Feriæ solẽnes an seruentur, querat visitator.

113 *Decimæ, primitiæ an soluantur, inquirit Visitator.*

114 *Coniugati ante benedictionem sacerdotalē habitantes sub eodem tecto non permittuntur.*

115 *Sponsæ in domibus sponsorum vt haberentur, antiquitas seruabat.*

116 *Coniuges separati sua voluntate, cōpellantur simul habitare.*

117 *Concubinari qualiter corrigendi.*

118 *Adulterum seu concubinarium potest iudex ecclesiasticus compellere, & ab iurare concubinam.*

119 *Ab iurationem de non redeūdo ad concubinā clericus non compellitur facere.*

120 *Cautela vtitur Visitator quando vult procere contra concubinam vxoratam.*

121 *Obstetrices quid debeant scire. num. 126.*

122 *Baptismi minister est quilibet viator tempore vrgente.*

123 *Baptizare nulla mulier quamuis sancta præsumat necessitate non vrgente, & quando peccant mortaliter.*

124 *Supersticiosi non debent consuli.*

Sorti

125 Sortilegi, diuinatores, malefici, et veneficæ qualiter puniuntur.

126 Pauperes si sint in parrochia, & aliæ personæ miserabiles, quærat.

127 Quærelas ad suum forū pertinentes Visitator debet audire.

128 Notoria delicta, & quæ dicantur delicta mixti fori.

129 Ecclesiasticus iudex non potest se impedire in delictis fori secularis.

130 Laici an poßint visitari per iudicem ecclesiasticum.

131 Archiepiscopus dum visitat an poßit notoria delicta corrigere.

132 Ecclesiasticus non potest suplere neglig̃etiam iudicis secularis.

133 Quando denunciat ecclesiasticus seculari iudici, qua cautela vtetur.

134 Inquisitione facta intelliget Visitator quæ sunt prædicanda populo.

135 Denunciatio quid sit.

136 Via ad iudicium est denuntiatio, & qualiter fiet.

Archie

151 *Archiepiscopus in criminibus non notorijs in quibus sola laborat infamia non procedit, sed denunciare debet ordinario, ad quam ordinarius incitatur.*

152 *Archiepiscopus compellit Episcopum vt inquirat, & puniat.*

153 *Archiepiscopus in visitatione prouinciæ iurisdictionem fori contentiosi non exercet sed solum in duobus.*

154 *Archiepiscopus potest audire confessiones subditorum suffraganeorum & audire, & dare indulgentias.*

155 *Archiepiscopus non potest ordinare subditos suffraganeorum, ne dare literas commendatitias, & an poßit dispensare.*

156 *Archiepiscopus an supleat negligentiam Episcopi.*

157 *Archiepiscopus in visitatione quando supleat negligentiam Abbatis circa correctionem monachorum.*

158 *Religiosi immediate habēt Prælatū loco Dei.*

159 *Monachi cū misericordia corrigendi, & non paßim.*

1 ¶Primo quæritur hic qualiter Viſitator ſe habeat circa examinationem faciendam pro reformanda eccleſia tā in capite quam in membris tex. in cap. 1. §. ſane de cenſibus. lib. 6. dicit quod Viſitator propoſito verbo Dei quærat de uita & conuerſatione miniſtrantiū in eccleſijs

ſijs & locis alijs diuino cultui deputatis,
ac ceteris quæ ad officiũ ipſum expectãt
abſq; coactione, & exactione qualibet
iuramenti, ad ipſorum emendationem
per ſalubria monita, nunc lenia nunc aſ-
pera iuſta datã ſibi adeo prudentiam, di-
ligenter intendens. l.7. tit.22. p.1. vbi di-
cit. Puede el Arçobiſpo criſmar en los
Obiſpados de ſu prouincia quando los
viſitare por negligencia delos Perlados
e conſagrar las igleſias, e fazer las co-
ſas, que pertenecen al officio de Obiſpo
e aun deue fazer mas: ca deue allegar to
do el pueblo de aquel lugar: e viſitar tã
bien los clerigos como los legos, e pre-
dicarles que tengan, e guarden la fe de
nueſtro Señor Ieſu Chriſto: e que ſe
guarden quanto pudieren de fazer pec
cados mortales, aſsi como falſo teſtimo
nio, y perjuro, y adulterio, y de todos los
otros de qualquier manera que ſean. E
que ninguno no faga a otro lo que no
quiera q̃ fizieſſe a el, e que crean q̃ an de
reſucitar, e venir a juyzio de nr̃o Señor

Iesu Christo para recebir galardon, o pena cada vno segun mereciere, e despues que esto vuiere fecho, puede otro dia yr a visitar a otro lugar, e fazer todas estas cosas assi como dichas son. E todo lo q̃ dize esta ley, y en todas las otras que son ante desta, que deue fazer, e guardar el Arçobispo en la visitacion, e otrosi en la procuracion recebir: esto mismo son tenidos de guardarse de fazer los Obispos e los Perlados en los lugares que visitaren.

2 ¶Debet namq; Visitator prædicare tex. etiam similis. 10. q. 1.

3 ¶Et tunc sermo debet cõuenire personis, rebus, tempori, & loco. c. quisquis. 41. dist. c. quoniam de officio. iud. ordin.

4 ¶Debet esse prædicator prudens, vt pro ingenio discẽtium semetipsum possit aptare, ne misteria secreta coram indignis & non intelligentibus referet, in his captum vulgi debet attendere. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non vallent intelligi, non ad eorum vtilitaté sed

ſed ad ſui oſtentationem facit. Quæ omnia paucis congerit concil. Trident. ſeſſ. 5. c. 2. ibi. Plebes ſibi commiſſas, pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annũciandoq; eis cum breuitate, & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternã euadere, & cœleſtem gloriam conſequi valeant.

5 ¶ Et dicit Origenes porcis & canibus ſacra non ſunt commitenda. refert Gratia. c. in mandatis. c. diſpenſatio. 43. diſt. Paul. ad Corinth. c. 2. epiſt. 1. & Cann. vltimus apoſtolorum.

6 ¶ Et Nazianzenus oration. 13. Debet prædicator aprime eſſe eruditus, & doctus, irreprænhenſibilis, maturus, & pauidus, ſicuti diuus Petrus inſtituit. c. oportet. 8. q. 1. Debet etiam gratiam docendi habere, & in ipſa doctrina diſcretus eſſe, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. c. 1. 43. diſt. Animaduertere opor-

tet nenimia & prolixa loquacitate odio ſus fiat, breuitatem auditores Eccleſiæ diligunt, ſicuti Origen. ſuper libr. iudicum homilia. 6. Etenim breuis & circunſpectus ſermo, & auditur libentius, & melius memoriæ commendatur, & econtra ſacietas inimica eſt auribus, quem admodum cibus ſuperfluus corporibus.

7 ¶ Idem Nazianz. oratione in ſanctū lauacrum. Etiam in prædicatore eſt neceſſaria probitas. Nam Chryſoſtomus in actis apoſtolorū Homilia. 1. nihil doctore frigidius, qui verbis dumtaxat philoſophatur: nec enim hoc doctoris eſt, ſed hiſtrionis, & hipocritæ. Et rurſus ibid. Homil. 30. inquit. Multum nocet, qui quod docet, non facit. Diuus quoq; Gregorius ait cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Et Ariſtotel. 10. æthicorum. capit. 1. circa humanas actiones minus inquit creduntur ſermones, quam opera niſi ſint operibus concordes. Et Leo

Mag-

Magnus. in Sermone de sancto Laurentio, validiora inquit sunt exempla quam verba, & planius est opere docere, quã voce. Ideo dicit Seneca longum est ire per præcepta, breue et eficax per exempla, Concil. Triden. sess. 25. cap. 1. de puritate vitæ Episcopi.

8 ¶ Postquàm prælatus prædicauerit, tunc quærat de vita & conuersatione ministrantium in Ecclesijs & locijs alijs, diuino cultui deputatis per salubria monita nunc leuia nunc aspera vt in d. §. sane. cap. 1. de censibus.

9 ¶ Cum sit diligentis & pij pastoris officium, morbis ouium lenia primum adhibere fomenta, post vbi morbi grauitas ita postulat, aduersiora, & grauiora remedia descendere. Concil. Trident. sess. 13. cap. 1. de reform.

10 ¶ Et quæ fomenta non sentiunt, ferro abscindantur. Archidiac. cap. hac constitutione. num. 3. de offic. & potestat. iudicis de legat. lib. 6.

Quibus

11 ¶ Quibus remedijs adhibitis, cæteri exemplo salubri animaduersionis in eos à vitijs deterreantur vt in d. decreto de reformat. c. 1.

12 ¶ Vbi habetur etiam, vt Episcopi meminerint, se pastores non percussores esse, atq; ita præesse sibi subditis opportere, vt non in eis dominentur, sed illos tanquam filios & fratres diligant, elaborentq;, vt hortando, & admonendo ab illicitis deterreant, ne, vbi deliquerint debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa apostoli est ab eis seruanda præceptio, vt illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia, cum sæpè plus erga corrigendos agat beneuolentia quã austeritas, plus exortatio, quam cõminatio plus charitas, quam potestas. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iuditium, cum lenitate seueritas adhibenda est.

Quam

13 ¶Quam formam visitandi non solũ Archiepiscopi sed etiam Episcopi & alij Prælati seruabunt in d.c.1.§.fin. & d.l.7. tit.22.p.1.Quamquam iura loquentia de Archiepiscopis non includũt Episcopos & alios inferiores Prælatos, notat. Domin.in.c.1.§.hanc autem de censib.lib.6 n.1.allegat.c.quia periculosum de sentent.excõmun. Nunc primò prosequar examinationem faciendam ab Archiepiscopo.

14 ¶Igitur proposito verbo Dei. accersitis enim ad se Prælatis canonicis & clericis ecclesiæ cathedralis. in ecclesia cathedrali seu sacristia vel capitulo aut aula vel camera palatij Episcopalis ipsos charitatiue admonebit, vt bene ac diligentet considerent.

15 ¶Vtrum sciant vel nouerint. vel credant, an aliquid sit in dicta ecclesia & diœcesi reformandum vel corrigendũ tam in capite quam in mẽbris. Et quod loqui debeant audater. Et solummodo Deum ac veritatem præ oculis habere

Et ſecundum quod ab illis intellexerint pro reformatione correctione iuxta canonum diſciplinam prouidebit.

16 ¶ Et ſi forte nullus ď Epiſcopo publice loqui auderet. De lege illos Prælatos, Canonicos, & clericos bonæ famæ & honeſtatis, quos ad veritatem dicendam magis aptos, nouerint, ac intellexerint, & ſingulariter quemlibet, ac ſigilatim & ſecreto, interrogabit.

17 ¶ Vtrum ſciat, vel credat, vel fama ſit Epiſcopum feciſſe aliquam conceſsionem rerum ſpiritualium recepta pecunia vel alia re temporali. c. quam pio. 1. q. 2. .c .cum in Eccleſiæ de ſimonia. Vel vtrum ſciat, vel credat, vel fama ſit, vtrũ aliquis dederit aliquid Epiſcopo pro eo quod eſt in continẽs vel pro eo quod habet vel habuit concubinã, vel ſuſtinuerit eum delinquentem pro aliquo cõmodo temporali. cap. nemo de Simonia, & cap. vt clericorum de vit. & honeſt. cleric. Interrogabit in ſuper vtrum ſciat, vel credat, vel fama ſit quod Epiſcopus aliquid

aliquid receperit, vel aliquid habuerit per se vel alium tacite vel expresse.

18 ¶ Aut clericus aliquid dederit aut promisserit per se vel per aliquam interpositam personam pro beneficio ecclesiastico obtinendo vel vt ad beneficiũ ecclesiasticum eligeretur, argum. cap. reperiuntur.1.q.1.cap.tuam de ætate & qualitate.

19 ¶ Item si Episcopus est negligens in monendo clericos suos super vita & honestate, & super diligentia in diuinis officijs & alijs eis incumbentibus. Et quod delinquẽtes nõ puniuerit. c.1. §. sane de censib.lib.6.c.vt clericorũ de vita & honest. De his ergo & similibusq; ab Episcopo fugienda, & per ipsum faciẽda incumbũt, juxta datam sibi a Deo prouidẽtiam diligenter Archiepiscopus inquirere & interrogare tenetur. Et quãuis huiusmodi interrogationes & examinationes per Archiepiscopũ de ipso Episcopo fieri posſint in casu vt dicũt. Host.Io.mon. & Archid.c.1.de censib.lib.6.

20 ¶Decentius tamen est vt Episcopus primo interrogetur seorsum, & corrigatur, si quid fuerit corrigendum cum sit alijs exemplum.c.cũ incunctis de elect. & electi potestate.c.magne.De Voto & Voti redempt.c.præcipue.11.q.3.

21 ¶Vbi ait deterius quipe prælati in populis delinquunt ac per hoc ipsi crudelius, quam cæteri puniuntur. Vt ait Beatus Gregorius scire prælati debẽt, quòd si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmitunt.

22 ¶Hodie tamen causæ criminales grauiores contra Episcopum ventilãtur coram Roman. Pontifice & etiam terminantur ait Concil. Trid. sess.24.c.5. Et est ratio quia Prælati sunt positi tanquam signum ad sagitam.

23 ¶Et ideo sancti patres prouide statuerunt vt accusatio Prælatorum non facile admittatur ne concussis colũnis corruat ædificium ideo cautela diligens adhibetur, per quam non sum falsè sed etiã

maligne

maligne criminationi Ianua præcludatur tex.eſt in.c.qualiter & quando el. 2. de accuſation. Quæ autem cauſæ Epiſcoporum terminentur in concilio prouinciali vide in d.Concil.Trid.vbi ſup.

24 ¶Qualiter vero Archiepiſcopus ſe habebit circa viſitationem canonicorum, beneficiatorum,& clericorum, atq; populi,& laicorum viſitatorum, circa ſuã diœceſim colligitur clare ex his quæ dicemus circa viſitationem Epiſcopi viſitantis ſuam diœceſim.

25 ¶Epiſcopus quid debet facere dum viſitat. Primum proponere debet verbũ Dei, interrogabit, vtrum aliquid reformandum tam in capite quam in membris.

26 ¶Et vtrum quis ſciat vel credat, vel fama ſit, aliquem clericum cuiuſcunq; ſtatus vel ordinis concubinam habere, vel ſuis expenſis in domo, vel extra retinere, vel ad aliquam accedere vel ad ſe venire facere. Aut cum aliqua ſuſpecta muliere conſortium, vel colloquium

habere.c.1.2.3. & cap. 4. decohabit. cleric.& mulie. Anth. Episcopo de Episcopis & cleri.c.quorundam.34.distin.c.legitur.81.dist.Concil.Trid.sess.25.cap.14 de reform.

27 ¶ Item vtrum sciat, credat vel fama sit clericum aleatorem.c.clerici. de vit. & honest.clericorum.cap.inter dilectos de excess.prælat.

28 ¶ Vel blasphemum.c.fin.de maledic. cum similibus.

29 ¶ Vel vsurarium.47.distin.per totum cap.præterea de vsuris.

30 ¶ Vel coniuratorem seu conspiratorem.c.coniurationum &.c.conspirationum.11.q.1.c.cum.Io.& A.de re iudicat. c.exhibita de iudici.

31 ¶ Vel alienatorem rerum ecclesiasticarum.c.monemus.c.quis quis. ca. non liceat.12. q.2. c. si quis Præsbiterorum, de rebus Ecclesie non alien.

32 ¶ Vel obligare.c.1.de pignor.l.3.tit.13 p. 5.l. Sancimus. C. de Sacro sanct. Ecclesijs in princip.

Vel

33 ¶ Vel male adminiſtrantem, aut res eccleſiaſticas dilapidantem, vel conſumẽtem, vel male diſponentem.c.de Siracuſane.28.diſtin.c.licet Heli.de ſimonia.c.fin.3.q.2.c.fin.de accuſationibus.c.venerabili de offic.de legat.

34 ¶ Item an ſciat, vel credat, vel fama ſit quòd ſacriſta theſaurarius vel cuſtos vaſa vel veſtimenta, & alias res vel ornamenta Eccleſiæ puta libros, vel alia diuino cultui dedicata, bene ſaluauerit, & ſi aliqua de immobilibus vel mobilibus diminuta ſunt, & per quem & quare, & quando, & qualiter. capit. 1. de offici. ſacriſte. & capit. 1. de offici. cuſtodis. Frias de viſit. cap.13. fol.18 leg.6. titul.6 p.1. capit. per lectis.25.diſtin.cap.cleros. 21. diſtin.

35 ¶ In ſacrario ſeu ſacriſtia Eccleſiæ ſanctæ Mariæ municipij de Sanlucar la mayor, vbi ego fui natus per iſtremata ſeu cortinam inuenies factam anno.1454. quod certe mirabile, & bene Sermone Hiſpano vocatur paramento id eſt

apareja,o endereça el entendimiento, Nihil post hominum memoriã gratius nec tempore quidem ipso opportunius accidere vidi propterea memorie prodere,posterisq; huius rei memoriam tenere atq; in mentem reuocare decreui, in quo custodis seu sacristæ diligẽtia laudanda est.

36 ¶ Item an sciat,vel credat,vel fama sit quòd officia diuina de diæ & de nocte horis competentibus solẽniter celebranda omittantur,& vtrum diminuant cultum diuinum,quod debet augeri & non diminui.c.fin. de rescript.lib.6.

37 ¶ Nec valet statutum in contrarium factum.c. ex parte de constitutionibus.

38 ¶ Non attendunt æquidem quod sanguinem mortuorum defunctorum bibunt,& animæ illorum in purgatorio sitiunt,vindictamq; clamant ad Dominũ dicentes. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei. Contra tales est præsumendum, quod suas præbẽdas non ambierunt propter Iesum,sed vt La

zarum

zarum viderent,Ioan.12. in. c. quod est dictum non ad seruitium venerunt diui num sed ad perceptionem distributionum.In hoc cognoces beneficia & dignitates ambientes.

39 ¶Quia per exteriora iudicantur animi interiora secreta,&sicut alijs fecerūt fiat eis,iuxta verbum sapientis pater ele gem quam ipse tuleris,et erunt sicut et ceteri,qui spem non habent.

40 ¶Item an sciant,vel credant, vel fama sit in singulis ecclesijs mos ecclesiæ diœcesanæ, vel metropolitanæ in diuinis seruetur officijs.c.1.&.c.dolentes de celebra.c.institutus de consecrat.dist.2. Cosm.Gimier.de collationibus.§.primo in pragm.Sanct.fol.212.col.2.in fin.

41 ¶Et vtrū inter sint exequijs mortuorum.

42 ¶Et an ecclesias,Eucharistiam,Reliquias,sacrum fontem baptismi, cimiteria,& alia huiusmodi nitide & caute retiueat.c.1.&.c.2.de custodia Eucristiæ.c. sane &.c.cū marte de celebrat. missarū.

43 ¶Item qualiter baptizent vel Pœnitentiam iniungant, & ad huiusmodi facienda negligentes sint, & aliqui propter negligentiam sine Baptismo, seu Pœnitentia decesserint.c.quicumq; de consecrat.dist.4.Bern.diaz de luc.prax. criminali.cap.41.

44 ¶Item vtrum credat, vel fama sit an in ciuitate vel diœcesi hæreticum, vel de hæresi suspectum vel conuenticulos per tales fieri, vel an sciant domum Prædiū, vel antrum, vel locum vbi conueniant, vel vtrum sciat vel fama sit aliquem esse receptatorem, vel fautorem, vel credentem, defensorem, aut laudatorem, vel vice eorum ministrātem, eis que ad victū vel vestitum & alia necessaria.c. excommunicamus el,1.§.credentes de hæreticis,l.nullus.C.de summa Trin.&fide ca. l.conuenticula.C.de Episcopis & clericis.c.si quis extra.dist.30.l.cunti.l.Arriani.C.de hæreticis.

45 ¶Item an in choro honeste et cū vestibus intrent, & ita debet inquirere de

singulis

ſingulis ad honeſtam vitam clericorum pertinentibus.cap.1. ne clerici. vel monachi.

46 ¶ Vbi in Concilio Maguntino multa negotia ſecularia enumerãtur, à quibus iubet clericos abſtinere, & ſunt quatuor decim, & verba Edicti generalis quòd pro viſitãdis clericis in eccleſijs legitur hæc ſunt.

¶ EDICTO.

NOS. N. &c. A los vezinos y moradores eſtantes y abitantes en eſte Obiſpado en eſpecial eneſte lugar de qualquier calidad e condicion que ſean aquien toca e atañe lo infraſcripto en qualquier manera, ſalud y gracia. Ya ſabeys la obligacion que tiene el Obiſpo mi ſeñor como paſtor e prelado, corregir e caſtigar los vicios e peccados publicos eſcandaloſos, y cumpliendo con ella, de pedimiento del Promotor fiſcal deſte Obiſpado, mãde dar eſta mi carta de Edicto general, por la q̃l e ſu tenor os

exorto y amonesto e mando, en virtud de sancta obediencia, y sopena de excomunion mayor trina canonica monitione premissa, a que dentro de seys dias de la publicacion della, manifesteys ante mi lo que supierdes e ouierdes oydo de lo contenido en ella en la forma que se sigue.

¶ Primeramente si sabeys o aueys oydo dezir, que los curas o sus lugares tenientes, o los otros clerigos e ministros dela iglesia son o han sido negligentes, enel administracion delos diuinos Sacramentos dela confessión, comunion, extrema vncion, o baptismo siendo llamados para ello, o en otra manera. O si han muerto sin se los administrar por su causa e negligencia.

¶ Item si han dexado de hazer e dezir los diuinos officios eñ los dias que tienen obligacion para ello, o si han dexado de dezir las missas, o aniuersarios, o otras memorias delos difunctos, q̃ son a su cargo, como y quando tienen obli-

gacion para ello,e ſi dexan predicar algun clerigo o religioſo,ſin tener licēcia del prelado.

¶Item, ſi los curas o ſus tenientes, e los otros clerigos que tienen obligaciō para ello,no declaran el ſagrado Euangelio a ſus feligreſes,quando ſon obligados,e ſi dexā đ dezir la doctrina chriſtiana y enſeñarla como les es mandado.

¶Item,ſi los tales clerigos,mayordomos,ſacriſtanes, dan o dotan ſepultura por ſu autoridad y ſin licencia,e ſi no dexan enterrar los difuntos pobres ſin ꝗ les den prendas o dineros.

¶Item,ſi por el adminiſtracion delos diuinos Sacramentos,lleuan dineros o prendas,e ſi por no ſe lo dar no los quieren adminiſtrar.

¶Item,ſi han deſpoſado algunas perſonas ſin auer precedido las moniciones requeridas por el ſancto Concilio.

¶Item,ſi algunos clerigos,han dicho miſſas en algunas igleſias nueuamente edificadas,ſin eſtar conſagradas, e ſin licencia

cencia del Prelado.

¶ Item, si se han encargado de mas missas delas que pueden dezir.

¶ Item, si tratan bien e con decencia los ornametos dela iglesia, e si estan deteriorados por su causa, o los bienes rayzes della, o đ las hermitas o lugares pios hospitales deste Obispado, o si sabē que esten enagenados o perdidos o quiē los tenga.

¶ Item, si los tales clerigos son desonestos en sus hablas, dichos, o hechos, o tratos, o que sean viciosos, o si tañen vihuela o harpa, o otros instrumentos en publico, o que dancen, o baylen, o jueguen publicamente, o en parte sospechosa, o que vistan desonestamente, o sean escandalosos.

¶ Item si han velado e dado las bendiciones nupciales, antes del alua del dia, o fuera dela iglesia dōde son parrochianos los que se velan sin licencia.

¶ Item, si juran o blaspheman, o que sean jugadores tablajeros, viciosos del vino

vino, o que ſean amancebados, o que tengan perſonas deſoneſtas y ſoſpechoſas en ſu caſa.

¶Item, ſi eſtando excomulgados o ſuſpenſos han celebrado, o ſi eſtandolo otros los han admitido alos diuinos officios, o ſi han recebido orden o beneficio eccleſiaſtico o capellania por dinero o promeſſa, o por otra via ilicita.

¶Item, ſi los ſacriſtanes ſon o hã ſido inobedientes a ſus curas e clerigos, tratandolos mal de palabras o hechos.

¶Item, ſi ſon o han ſido negligentes en ſus officios, y enel dar y poner recaudo a ſus tiempos, tañer ſus campanas, y lo demas tocante a ſu officio.

¶Por tanto los que ſupieredes o ouieredes oydo dezir en qualquier manera de los dichos vicios e peccados publicos, e de otros cuya correcion y caſtigo pertenezca a ſu Señoria illuſtriſsima, los manifeſtad ante mi dentro del dicho termino para q̃ enello ſe ponga remedio con juſticia, lo cõtrario haziẽdo

pongo

pongo e promulgo en vos y en cada vno de vos que rebeldes, e inobedientes fueredes, ſentencia de excomuniō, e vos excomulgo eneſtos eſcriptos, y por ellos dada.&c.

47 ¶Si autem fuerint regulares ſeu monachi Viſitator interrogare debet non ſolum de his quæ ſuperius dicta ſunt, in quantum ipſis adaptari poſſunt, ſed etiā de his quæ ad eorum regulam pertinēt, ſecundum ea quæ traduntur in tit. de regul. & tranſeuntibus ad religio. & titu. de ſtat monacho. & ſummiſtas in prædictis titulis. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regularibus. Et hæc ſeruanda ſunt ab ordinarijs viſitantibus monaſteria & loca monachorum. Spec. tit. de inquiſione. §. viſo. n. 25. vbi quærit circa ſuſtātialia regulæ. Et ſic inſtruit viſitatorem, vt inquirat triginta & tres articulos, & circa temporalia vt inquirat decem & octo articulos.

48 ¶Viſitatores vero deputati à capitulis generalibus quæ in ſingulis prouincijs de triēnio in triēnium celebrari debent

bent ſtudere debent, corrigere, & reformare, quæ correctionis officio viderint indigere, ita quod ſi rectorem loci ab administratione agnouerint pœnitus à mouendum, denuntient Epiſcopo proprio, vt à mouere procuret, quod ſi non fecerit, Viſitatores hoc referant ad apoſtol. ſedis examen: vt eſt tex. in. c. in ſingulis, verb. ordinetur, de ſtatu monach. vel latius per ipſos ſeruari debent quæ habentur in. cap. ea quæ. de ſtatu monach. vbi tex. formaliter ſic inſtruit.

49 Porrò cum Viſitatores ſecundum ſtatum generalis concilij ordinati à generali Abbatum conſilio proceſſerint, ad viſitationis officium exequẽdum de ſtatu monachorum & obſeruantijs regularibus diligenter inquirant, & tam in temporalibus quam ſpiritualibus corrigant, & reforment, quæ viderint corrigenda. Ita tamen quod monachos delinquẽtes per Abbatem loci corrigi faciant, eiſq; iniungi pœnitentiam ſalutarem. Iuxta beati Benedicti regulam, & apoſtolica

instituta.

50 ¶Ipsi etiam Visitatores monachos cõtumaces quos inuenerint & rebelles. Iuxta modum culpæ vice sedis apostolicæ regulari censura percellãt, absq; personarum delectu: non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiã amicorum, quoniam ouem morbidam eijcient ab ouili ne inficiat sanas oues. c. resecandæ. 24. q. 3. l. 19. tit. 7. p. 1.

51 ¶Si vero Abbates iuxta Visitatorum mandata, & instituta se ipsis sine monachis inuenti fuerint negligentes, pro clametur, & corripiantur, & ita corripiãtur publicè in. c. generali quod pœna eorũ sit alijs exemplum vide Concil. Triden. sess. 25. c. 20. de regularib. & monialibus.

52 ¶Quod si Abbas non exemptus fuerit à Visitatoribus nimis negligens & remissus inuentus, id loci diœcesano denũtietur sine mora, & per illum detur ei fidelis & prouidus coadiutor, vsq; ad capitulum generale. Itaq; debent esse Abbates & superiores diligentes & habere

omnem

omnem curam. Idem dicendum de Visitatore. Concil. Trid. sess. 25. c. 1. de regul. & monial.

53 ¶Si autem Abbas dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs merito àmouendus per diœcesanũ, postquã hoc sibi à Visitatoribus denuntiatũ fuerit, à moueatur absq; iuditiorũ strepitu à regimine Abbatiæ, ac monasterio prouideatur interim administrator idoneus, qui tẽporaliũ curã gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate prouisum. Quod si forsitam Episcopus hoc adimplere noluerit vel neglexerit, Visitatores vel Præsidentes in capitulo generali defectũ Episcopi apostol. sed non differant intimari. Quæ etiam in exemptos Abbates seruare præcipiantur, depositione ipsorũ apostol. sed. reseruata. Ita vt Abbate qui à mouendus videbitur interim per visitatores vel in capitulo præsidentes ab administratione suspenso, administtator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus, & alia quæ visa fuerint,

intimanda capitulo Præsidentes nobis denuntient, per fideles nuntios & prudẽtes, quibus de cõmuni contributione Abbatum iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur facultates & expensæ.

54 ¶ Sequentes autem Visitatores perquirant, ipsorum Visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias & excessus referant sequenti capitulo generali, vt iuxta culpam publicè debitã pœnam portent. Idem etiam de Abbatibus Præsidentibus generali capitulo obseruari præcipiantur, hæc formaliter cõtinentur in.d. c. ea quæ de statu monachorum.l.18.l.19.20.& 21.tit.7. p. 1. quæ ideo hic formaliter inseruntur, eo quòd frequenter Visitatoribus decretales nõ sunt in promptu. Multa hodie in Concilio Tridẽtino in ista materia per te vide præcipue sess. 25. de regularibus & monialibus: cœterum reditum faciam ad inquisitionem & examinationem quam ordinarius Visitator facere debet.

55 ¶Addēdum est quòd ad Visitatorem pertinet examinare ecclesiarum rectores maxime rurales, & parrochiales, & quibus cura animarum incumbit, de celebratione missarum de Baptismo iniungendo, si Ecclesia est Baptismalis. Itē de Pœnitentia, de extrema vntione, qualiter dicatur diuinum officium, & de similibus.

56 ¶Si Visitator inuenerit tales bene viuere & officia legitime exercere, gratias Deo optimo max. agat, vt dicit Hostiēs. in Sum. tit. de offic. ordi. §. quid pertinet ad officium suum. verb. Visitabit autem Episcopus, & in. c. placuit. 10. q. 1. ibi Deo gratias agant. Si autem minime, docere debet ignaros, virtus namq; laudata crescit, & ibunt de virtute in virtutem teste Daui. psal. 83. veluti per gradus, quoniā virtus quibusdam gradibus augetur. c. cum sanctam de pœnitent. distin. 2. virtutes suscipientes per consuetudinē perficiuntur Aristotil. lib. 2. AEtichorū. c. 1. progredientur de fortitudine in fortitu-

dinem: ambulabunt imo peruolabunt viam mandatorum Dei.Pſalm.118. volabunt & non deficient, Eſaias.c.14. iuxta illud neſcit labi virtus quæ augetur poſſeſsione & exercitatione,ait Ariſtot.vbi ſup.c.2.in fin.

57 ¶Si vero aliquod ſiniſtrum de aliquo ex clericis audiat,eos inſtruat, nec debet res incognitas illis imputare. cap. ſi quid vero.86.diſt.c.licet Heli.de ſimon.

58 ¶Quia facilis eſt qui de facili credit. c. incunctis. 11.q.3.l. ſicut. C.de fide. inſtrum. Neq; debet eſſe nimis credulus, vt traditur per Bart.& Angel.l.1.§.feciſſe.ff de eo per quem fact.erit.

59 ¶ Credulitas enim quæ cauſatur ab eo quod quis aleuibus,& forte paucis audiuit dãnabilis eſt,& facilis & lenis,ac temeraria dicitur.notat gloſ.2.in.c.inquiſitione de ſentẽt.excõmunicat. ſed debet eſſe probabilis quæ ex veris ſignis habeatur,& per quæ ſigna & per quos grados quis ad probabilem credulitatem inducatur late per Marian. Socin. in repet.

cap.

cap.fin. de iure iuran.in.3. prim. articul. & dicit Cicer.1.offic.ab his, qui iudicaturi ſunt, fugiendum eſt, ne incognita pro cognitis habeant, hisq; temere aſſentiant.

60 ¶Et Prælatus potius delectatur opinione bonæ famæ circa ſubditos, quam eorum infamia. cap. licet de accuſat. Nam præſtãtius eſt priuilegium bonæ famæ, quã male opiniones, arg. text.in. c. cũ in iuuentute de purgatione canonic. In tãtũ Prælati in hoc debẽt eſſe circunſpecti circa famam clericorũ quod dicit Pap.Nicol.quẽ refert grat. c. in ſcripturis. 96. diſtint.in ſcripturis narratur Cõſtantinũ Imperatorẽ dixiſſe, vere ſi proprijs oculis vidiſſem Sacerdotem Dei peccantem: chlamidem meam expoliarem, & cooperirem eũ ne ab aliquo videretur. Qua propter ſi de Domini Sacerdotibus aliquid contigerit vos audire, quod confuſionẽ pijs mentibus ingerat, debentes imitari filios pudoratos Noe, qui cooperierunt verecũdiã paternam,

& ſic meruerunt benedictione affluenti repleri.
61 ¶Propter quod tenetur Iudex occultũ peccatorem abſcondere. Ioan. Neuiſan. in ſil. nuptial. lib. 3. num. 37. allegat. cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. Nam dũ ſtudes correctioni, parce pudori. Ita refert Auguſt. dixiſſe. Sunt nõnulli Prælati, qui potius ꝑ cuſtores, quam paſtores nominãdi ſunt vt in Concil. Trident. ſeſſ. 13. c. 1. de reformat.
62 ¶Chriſtus Dominus Petro peccatori cõmiſsit Eccleſiam, vt ſua culpa diſceret qualiter alijs miſereri debuiſſet.
63 ¶Et ſic Bern. ad Eugenium dicit agraua ſubditos non ferro, ſed verb. Montalu. gloſ magn. l. 17. tit. 6. lib. 3. for. ll.
64 ¶Ideo rex apum non habet aculeum, quo poſsit pungere, ſicut cæteræ apes pũgunt Guil. Bened. in repet. c. Raynũtius. verb. condidit. 1. n. 58. cũ ſeq. de teſtam.
65 ¶Sunt nonnulli Prælati dicentes ſi aliquis de rectore ſeu clericis aliquid ſciat, dicat mihi, ego nanq; crudeliter & ſine miſeri

misericordia púniam, nihil aliud deside-
rant scire laici.

66 ¶Nam vt in plurimum laici oppido clericis in festi existunt. c. laicos. 2. q. 7. c. clericis. de immunit. Ecclesiarum lib. 6

67 ¶Nec concordat bene cithara cum psalterio. c. diuersis, de clericis coniug. imo laicorum accusatio in clericos audiri non debet. cap. sicut. &c. c. sequent. de accusatio.

68 ¶Vnde cũ aliquibus de electis bonis prudentibus & honestis atq; fide dignis iure de parrochia inquirere debet.

69 ¶Nec debet passim recipere cartulas quas frequẽter rustici contra suos rectores clanculum offerunt. c. sacerdotibus. 11. quæst. 1.

70 ¶Sed si forte Visitatori id quod apositum est in cartula credit probabiliter, debet ab illo quærere, an talis sit de illo excessu infamatus publicè. Et si respõdet, quod non, ei imponat silentium. c. si peccauerit. 2. q. 1. c. nouit de iuditijs. Si vero dixerit quod sic, quærat qualiter scit si

dicit quod audiuit, quærat à quibus & à quo.

71 ¶Nam propter dicta paucorum non debet dici infamatus. c. inquisitionis, in fin. de accusatio.

72 ¶Quærat etiam à quibus audiuit, vtrum à maleuolis, vel maledicis, vel incolis, vel vilibus quo casu non procederetur contra talem. De materia vide notata in. c. qualiter & quando, de accusat. & ibid. dd.

73 ¶Huiusmodi autem inquisitio quæ fit per Prælatũ visitantem, vocatur præparatoria, & non solennis. Et ideo in ea nulla coactio aut exactio iuramenti fit, quoniam regulariter talis Visitator non habet iurisdictionem in puniẽdo vt in. c. 1. §. sane. de cẽsib. lib. 6. & dicit Rob. Mar. de ord. iudic. 6. p. n. 14. vbi de hoc latissime quod ista inquisitio per Visitatorem de moribus & idoneitate clericorum ex officio facta, solum fit ad correctionẽ, & pœnitentiã imponendam nõ autem ad effectũ puniendi, nec ei est in dicenda

pur-

purgatio. Abb. in. d. cap. qualiter. nu. 29. Nam vanæ voces populi non sunt audiēdæ. c. Osius de electione.

74 ¶ Et populus cum male monetur, est docendus, non sequendus. c. docendus. 62. dist. Bart. in. l. de minore. §. tormenta ff. de quæstion. Marian. Socin. in. d. c. qualiter & quando artic. 9.

75 ¶ Si autem delicta sunt notoria Visitator debet corrigere, in fligendo pœnam debitam pro illis, vt in. d. c. 1. §. sane ibi notoria.

76 ¶ Quæ autem dicatur pœna debita, debes intelligere de illa, quæ à canone instituta est, quæ aliquādo cōmutatur propter aliquas causas, tex. est iuncta glos. in l. hodie, ff. de pœnis. Bart. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notātur infamia. Refert. Robert. Mar. Specul. aur. fol. 102. n. 65. p. 4.

77 ¶ Si autem delicta notoria non sunt, debes attendere, an infamia orta est, sed non tanta per quam non posit perueniri ad solennem inquisitionem

aut

aut talis est orta infamia per quam legitime ad solẽnem inquisitionẽ deueniri potest. Primo casu arbitror quod siue sit Episcopus siue Archiepiscopus etiã dioeceses suffraganeorum visitans, siue alius quicũq; Ordinarius Visitator quod hũc modum seruare debeat.

78 ¶Si rectorem pœnitus ignarum inueniat, dabit illico adiutorem. Si tamen ignarum non crasse sed leui ignorantia reperiret, ipsum instruet vel sibi mandabit quod ad magistrum accedat, per quem instruatur vt in Concil. Trid. sess. 21. c. 6. de reformat. vbi dicit.

79 ¶Illiterati namq; & imperiti Rectores minus apti sunt sacris officijs & ignorantia.

80 ¶Vt habetur in Concil. Toletano est mater cunctorum errorum maxime Sacerdotibus vitanda, qui docendi officiũ in populo Dei susceperunt. c. ignorãtia. 38. distin. teste Paulo ad Timot. 1. cap. 4. Attẽde lectioni, & exortationi doctrinæ & semper in his permane.

81 ¶Aliter si cœcus cœco ducatum præstet ambo in foueam cadunt. Math.15. Et malum est si offeratis animal cœcum ad immolandum. Cœcum animal offert qui ordinat in doctum, magistrumq́; facit, qui vix discipulus esse poterat. c. Sacerdotes. 49. distin.

82 ¶Ita tamen poterit suspendere clericos in capaces & minus idoneos, vt in altari, aut aliquo ordine non ministrent. Concil. Trid. sess. 14. c. 3. de reform. si autem Rector scit officium suum licet sit ignarus an debeat repelli. Archid. c. placuit. 10. q. 1.

83 ¶Idcirco in causa habilitatis & in habilitatis appellatio non conceditur. Cócil. Trid. sess. 13. c. 1. de reform. ante fin.

84 ¶Quia peccant tales indignos promouentes, & promoti. glos. verb. honorem clem. 2. de magist. Cosm. in pragm. Sanct. verb. discipulos. tit. de collationibus. §. item vt de cætero.

85 ¶Et in tantum hoc est verum quod ratione defectus, scientiæ irregulares

sunt

ſunt.c.præcepimus.34.diſtin.c. illiteratos.36.diſt.

86 ¶Et literis carens ſacris officijs præeſſe non poteſt.

87 ¶Si vero de alijs exceſsibus inueniret infamatum, vocabit eum, & narrabit ſibi quæ de ipſo de lata ſunt, & acriter corriget ſub iungendo aliquam legitimam cauſam, ſibi tunc circa pœnam in fligendam gratiam faciat, cōminando quod diligenter animaduertat, ne alias tales exceſſus committat. Quod ſi ſecus fecerit acriter puniet, & oſtendat ei quandā benignitatem, quæ potiſsimū in correctione adhibenda eſt.

88 ¶Cum correctio ad actum exteriorem charitatis & iuſtitiæ pertineat, ſecundum ea quæ late traduntur per doct. in. capit. nouit de iuditijs, & iuxta illud Iacob. Apoſtol. capit. 5. dicentis qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ ſaluabit animam eius à morte. Tradit Bernard. ſuper Cantic. ſermo. 64. & Anſelmus ſuper Epiſto-

las ait ob hoc enim ſtudere debemus vt eos ad pœnitentiam conuertamus. Caſtro de iuſta. hæreticorum punitio. lib.1.c.18.in princ.col.2.

89 ¶ Et aduertat Viſitator qualiter faciat reprehenſionem, ne fiat publice. Nam ſi vituperet publice clericum aut eum improperando, diceret, fac meliorem, vitam, quam antea feciſti, tunc remanet infamis.l. interlocutio. C.ex quibus cauſ. infamia irrogatur Azo. in ſumm.eod.tit.num.3.l.2.tit.6.p.7. ibi dixeſſe publicamente a alguno que fizieſſe mejor vida de la que fazia, non juzgãdo mas caſtigandolo.

90 ¶ Specialis inquiſitio eſt per quam ſpecialiter de certis perſonis & criminibus inquiritur, & hæc fieri non debet, niſi præcedat infamia, quæ vicem accuſatoris obtinet.d. c. qualiter & quando de accuſat.

91 ¶ Sed in crimine hæreſis inquiri poteſt propter ſolam ſuſpitionem, et ſi diffamatio non præcedat vt aſſerit Pon-

zinibius

zinibius tractatu.de lamijs.n.88.quē refert & sequitur Iacobus septimacensis de catholicis instit.c.43.n.5.

92 ¶Si autem infamia talis orta est per quam legitime ad solēnem inquisitionē perueniri possit,& debeat, specculator. tit.de inquisitione.§.Viso.n.38.si Visitator sit Archiepiscopus, vel alius qui visitet subditos mediatos, & non immediatos ordinarij immediatos ipsorum infirmatorum vt super his soléniter inquirāt denuntiabit, si viderit expedire, tex. in d.c.1.§.sane de censib. lib.6.

93 ¶Si vero talis visitatus sit subditus im mediatus Visitatoris quo ad correctionem,&pœnam imponendam,Specul.vbi supra.n.23. dicit quod tunc Visitator eum ad se vocabit dicēs ei, amice Deus omnipotens,vt nos à præcipitandæ sen tentiæ prolatione compesceret, cū omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, nisi prius manifeste cognosceret,quæ di cebantur: Vnde ait Genes. 18. descendā,

scilicte

ſcilicet mittendo angelos meos & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non vt ſciam ſcilicet tãquam iudex. c. Deus omnipotẽs. 2. q. 1. Cum igitur omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio vt. c. exemplum. 12. q. 1. c. Significaſti de electıon. ipſum exemplum quantum adeſt poſsibilitas intẽdo imitari. Licet ergo multa ſiniſtra de te pluries, & apluribus mihi ſint à fidedignis & idoneis nuntiata, quæ vergente conſcientia vlterius nequeo diſsimulare, in ea tamen diuino ductus exemplo, non ad plenum credo. Nec me mouent ad condenandum, niſi de ipſis prius mihi probatione conſtiterit luculẽta. Nam & ſi ille villicus de quo in euangelio legitur fuiſſet apud Dominum infamatus, quaſi diſsipaſſet bona eius, audiuit tamẽ à Domino, quid hoc audio de te, redde rationẽ villicationis tuæ iam enim hoc probato, non poteris villicare Lucæ. 16. hæc omnia probantur in. d. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in. d. c. qualiter & quã-

 do de

do de accuſationib.&.c.1.de poſtul. præ lat.c.ſi quid verò.86.diſt.c.licet Heli.de ſimon.c.fin.de colluſio.de tegẽda. Et id circo ſuper his volo inquirere veritatẽ, & ſic ſolẽnem faciat inquiſitionem, & aduerte vt per Spec.vbi ſupra.

94 ¶Quod ſi Viſitator probaret aliqua ſuper quibus nõ eſt infamatus, nõ eſſet propterea puniendus, allegat Tanc.idẽ dicendum ſi teſtes dicant de occultis, tunc non puniuntur rei vt.gloſ.penul.c. qualiter & quando el.1.de accuſatio.

95 ¶Et in iſta inquiſitione quæ fit ad corrigendum & puniendum exigit inquiſitor iuramentũ gloſ.verb.coactione.§.ſane in.d.c.1.de cenſib.lib.6.Et ſic ex prædictis patet late expeditum primum mẽbrum de Viſitatione clericorũ & perſonarũ eccleſiaſticarũ,& locorũ eorũdem. Expedita ergo examinatione & diligẽti inquiſitione clericorũ & laicorũ eccleſiaſticorũ quã Viſitator prima die ſui aduẽtus ꝗ ſero faciẽda. Debet Viſitator populi viſitationẽ facere quã ſic facere debet.

Sequen

96 ❡Sequenti enim die de mane populo vocato prædicabit verbum Dei dicendo fidem, & articulos fidei et vitia mortalia detestando tam in temporalibus quam in spiritualibus propter maximũ illorum periculum, & sic merito illa fugiant, & ab illis abstineant. Et quod quisq; fieri nollet, non faciat alteri : Et quod resurrectionem spectent, & quod diem iudicij timeant. Et vt se continue in bonis operibus exerceant. cap. placuit. 10. quæst. 1. Domin. c. 1. §. deniq;. num. 5. lib. 6. de censib. Et esset vtilius si expedita de sero clericorum visitatione super esset tempus, quo inquireret, quæ in populo essent reformanda & corrigenda, sin autem de sero facere non posset sequenti die summo mane illud ad impleat.

97 ❡Proposito enim verbo Dei vt supra diximus Prælatus visitans à clericis etiam laicis honestis bonæ famæ catholicis, & Dei timorosis quos poterit ad id vocatis inquirere debet de vita &

conuersatione & moribus laicorum.

98 ¶Negari non potest quin iniq; gerat officium visitandi qui volens facere inquisitionem contra aliquem velit instrui ab inimicis suspectis, aut inquisito odiosis vt notat Dialog.relat.ca.59. p. 3. n.16.allegat.l.4.titul.15.lib.2.ord. in fin. Idem dicendum si inquiritur tantum de improbe gestis, nam debet etiã fieri de bene gestis allegat.l. 57.§. 61. in pragm. & in.c. 4.iudicum residentie in dictis regijs pragmati. Veritatem enim tenẽtur inuestigare,& vndecũq; eruere. allegat. l.2.vbi glos.et Bart.C.de Edendo.Etiam partibus inuictis,in criminalibus allegat glos.in authent.de tabellio,in princip.& in l.3.§.si tibi.ff.de conditi.ob turpẽ causa.l.2. C.de abolition. Ne ipse faciat litẽ suam Amod.de Castello de syndicat. n. 157.Vtrum diligenter & congruis & debitis horis & diebus veniat ad Ecclesiam & diuinis officijs inter sint.c.Ioannes de homicid.Concil.Trident.sess.25.c.in super hortatur de delectu ciborum.

Et an

99 ¶Et an semel confiteantur in anno, & eucharistiam sumant in paschate. c. omnis, de pœnitent. & remis. c. & si non &. c. frequentius de consecratio. dist. 2. Nam Fel. in Rubric. de hæreticis & in. c. ad abolendã. n. 2. eod. tit. Carrerius. tractat. de hæret. n. 37. dicunt q; non sumes eucharistiam per annũ præsumitur hæreticus. Qui vero negauerit omnes fideles in ætate discretionis constitutos teneri singulis annis ad cõmunicandum anathema sit. Concil. Trid. sess. 13. c. 9.

100 ¶Et debet monere populum vt frequenter ad suas parrochias, saltem diebus Dominicis & maioribus festis accedant. Concil. Trid. sess. 22. c. de obseruandis & euitandis in celebr. missæ. in fin. de quo per glos. in clem. de excessibus prælatorum. Vbi Card. Zab. num. 5. Ioa. de Imol. n. 7.

101 ¶Ista monitio vt parrochiani intersint diuinis debet esse trina vt per Ferdi. Paez in rep. c. missas de consecr. dist. 1. n. 134. cum seq.

102 ¶Parrochiani etenim tenentur in festiuitatibus præcipuis anni, scilicet in paschate Natalis Domini AEpiphania, Ascensione Domini, Pentecostes & alijs relatis in.c.si quis etiam deConsecratione dist.1.adesse diuinis in parrochia.Firmat Turre cremat. c. missas de Consecrat.distin.ead.n. 4. Refert & sequitur idem Ferdin.Paez vbi sup.

103 ¶Et vtrum sciant,aliquos esse coniunctos coniunctione matrimonij incestuosa.c.consanguineorum. 3.q.4. hodie tales si scienter contraxerunt sunt excommunicati ipso iure,clem.eos,de cons. & affinitate. Et tale matrimonium non valet.cap.non debet de Consanguin. & affinit. Nauar. in manual. conf.cap.22. num.41.& careat spe dispensationis consequendæ.Consil.Trident.sess.24.cap.5 de reformat, matrimon. qui à visitatore sunt denuntiandi publicandi & euitandi Frias in tract.visita.cap.26. col. 1. de los desposados, o casados en grado prohibido.

104 ¶Et vtrum ſint aliqui oculta conuenticula celebrantes.c.1.cum ex in iuncto. de hæretic. l. conuenticula. C. de Epiſcop.& cleric.

105 ¶Item alij qui nouum ordiné aut religionem inuenerũt,vel aſſummunt habitum nouæ religionis.capit.fin. de religioſ. domibus,cap.1. eod.tit.lib.6.

106 ¶Item inquirat Prælatus ſi ſint ibi ali qui viri ſcelerati, aut adulteri. cap. 1.de efficio.ordin.

107 ¶Item vtrum ſint ibi blaſphemi. cap. 2.de maledicis, veluti eſcupir hazia el cielo con ſaña,o herir las paredes de la ygleſia.l.5.tit.28.p.7.reniego dela fe,reniego de la chriſma que recebi, peſe a Dios, por vida de Dios,reniego deDios no à poder en Dios, & multis alijs blaſphemijs Couar.in cap.quamuis pactum de pactis.lib.6.p.1.relect.§.7.n.9. Et de iſtis vituperijs aut cõuicijs in diminutio nẽ honoris diuini,vel in cõtumeliã crea toris dictis,& maxime quando ad inquiſitores hæreticorũ ſpectẽt vide Caſtro,

& Simanc.de catholic.inſtit.c.8. Sot. de iuſtit.& iur.lib.8.q.2.arti.3.

108 ¶Si blaſphemus fuerit abſolutus ſacramentaliter, non liberatur à pœnis iudicialibus, nam abſolutus ſacramentalis nullo modo excuſat à pœna iudiciali. c. de his.de accuſatio. Nam iſte non ſolũ peccat in Deum, ſed & in totam rem publicam, quidquid dicat Philippus.decius conſil.137.& alij Doctores.

109 ¶Item quærat an ſit diſcordia inter aliquos homines.c.1.de tregua. & pac. & c.placuit.qui tex.mirabilis eſt. Secũdum Panormi.c.fin. nu. 2. de maior. & obed. Idem in.c.cum pridem.de pact.n.6. Vbi dicit quod ſi partes diu litigaſſent, hoc caſu poteſt iudex eos compellere ad cõcordiam atq; tranſactionem, & dicit cõmunem opinionem Anton. de Padill.in rubric.de tranſacti.num.14.tex.c.præcipimus.90, diſtin.

110 ¶Item ſi ſunt aliqui exercentes vſuras ſeu barateria prauas.c.quicumq;.14.q.4 c.quoniã de vſuris nam vſura prohibita

eſt

est iure naturali & diuino, ostēdit Coua. lib.3.var.c.1.n.5.

111 ¶ Item quærat an aliqui committāt sacrilegium. Bern. diaz. de luc. prax. criminali.cap.81.

112 ¶ Item quærat an feriæ solénes seruentur.c.fin.de ferijs.

113 ¶ Item moneat vt soluantur decimæ & primitiæ de decim.per totum.

114 ¶ Item an sint aliqui cōiugati habitantes sub eodem tecto ante benedictionē sacerdotalem in templo suscipiendam, quibus coram notario præceptum facient vt intra tempus breue benedictionem nuptialem recipiant sub pœna excōmunicationis.c.sacro de sentent. excōmuni.c.Cum sit medecinalis.eod.tit. lib.6.nam vt dicit Augustin.lib.4. suarū, confessio,& trahitur.27.q.2.c.institutū est per totum, institutum est vt sponsæ iam.Factæ non statim tradantur, ne vilē habeat maritus datam, quam suspirauit sponsus dilatam,& quod ante matrimonij consumationem teneantur benedi-

ctionem ecclesiæ suscipere, patet in decretis. 30. q. 5 per totum. Concil. Triden. sess. 24. c. 1. de reformatione matrimonij, ibi sancta synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadē domo non cohabitent.

115 ¶ Chrisostomus super Mattheum, homil. 4. dicit hunc morem seruabat antiquitas, quod sponsæ in sponsorum domibus haberentur, refert Gregor. Lopez. glos. verb. del huerfano, l. 19. tit. 16. p. 6.

116 ¶ Item quærat an aliqui coniuges sua voluntate separentur, nam debet eos compellere, vt in eadem domo & lecto cohabitent sub pœna excommunicationis in præsentia notarij, qui s[illegible]-luerint procedat vsq; ad inuocati[illegible] brachij secularis per incarcerati[illegible]m, vide Fria. in tract. de visitatione, col. 2. in pr.

117 ¶ Item quærat an in parrochia sint concubinarij publici. Debet præcipere eis vt separētur præsente notario aliter

excom

excōmunicentur vt in Conc. Trid. ſeſſ. 24.c.8.de refor. matrimonij, vbi dicitur quod ter fiat admonitio etiā ex officio.

118 ¶ Poteſt etiam iudex eccleſiaſticus cō pellere adulterum vt ab iuret adulterā ſeu concubinam, Abb.in.c.cum haberet de eo qui duxit in matrim. quam poluit per adult.num.2.Nec debet poſtea eos abſoluere abſq; ab iuratione de non am plius redeundo.Abb.in, c. intelleximus de adulter.

119 ¶ Licet iſta abiuratio nō habeat locum in clericis.c.clericos de Cohabitat. clerico.& mulier.

120 ¶ Et aduertat Viſitator qualiter proce dit cōtra aliquā concubinā cōiugatā, cō tra quā procedat cū cautela nam ſi mari tus ſciret vxorē ſuā accuſatā eſſe de con cubinatu,forte occidere eā,vel amaſiū, & iudex procedat ſecreto modo,ne cau ſa cōdēnationis exprimat in ſentētia. Vi de Calagurritanū Epiſc.ī ſua praxi.cano nic.c.79.quē ſequitur Petrus nuñez de Auēd.de exequend.mand.c.26.p.2.n.8.

Item

121 ¶Item Visitator aduertat vt obstetrices compareant, & ab eis quærat qualiter officium perfecte faciant, debent namq; scire baptismi formam.

122 ¶Nam minister baptismi est quilibet viator vt dicit Aureol.dist.5.q.1. quē refert & sequitur. Angel.in sum.verb.Baptismus.5.Quod intellige tempore necessitatis.c.in necessitate &.c.constat.de consecration.dist.4.c.neq;.1.q.1.& dicit tex.in.c.mulier de consecrat.distin.4.

123 ¶Mulier quamuis docta & sancta non præsumat aliquos baptizare nisi necessitate cogente.in obstetricibus requiritur & experiētia & sciētia,& habetur Exod. c.1.ibi nō sunt hebreæ sicut Egijptiæ mulieres, ipsæ enim obstetricandi habent scientiam,Greg.lopez.glos.verb.mugeres.l.17.tit.6.p.6.Vbi dicit quod confert vt ad protomedicos regni,istarum sicut & medicorum examinatio cōpetat allegat.l.1.vers.sed obstetrices.ff.de varijs & extra ordinar.cognition.l.item si obstetrices.ff.ad legem.Aquil.Quæ si igno

rant

rant formam baptiſmi peccant mortaliter Palud.in. 4. diſt.5.q.2.& Anton.3. p. tit.14.c.13.ſequitur Naua.in man.confeſ. cap.22.n.7. Hodie obſtetrices non examinantur. Alonſo de Azeuedo in reper. tor.de todas las pragm. capit. de Cort. lib.5.tit.15.§.3.l.1.

124 ¶ Item quærat an ſit aliquis vel aliqua mulier ſuperſtitioſa quæ carminat in firmos aut pueros, ſi nihil ſuperſtitioſum dicit, aut facit. Sed tantum vtitur licitis precibus, ſicut per paſsionem & crucem & ſimilia non eſt peccatum mortale, ſed non debent conſuli niſi diſcretis perſonis vel religioſis, quia communiter iſtæ mulieres ſuperſtitiones in miſcent. Angel.in ſumm.verb.ſuperſtitio.n. 9. Nau. in man.c.11. n.36. S. Thom.2.2.q. 96. ad quartum, gloſ.fin.l.fin.tit.23.p.7. Vbi dicit quod licet per preces ſacrorum verborum procurare ſalutem, vel alia vtilia dummodo habeatur ſolum reſpectus ad ſacra & ad virtutem diuinam. Enſalmadores non videntur prohibiti, nam.l.ſeu

pragm.

pragm.88.regni, dicit quod examinentur,in compilat.Dida.Perez. hodie auté non examinantur , petic.124. cortes de Madrid,anno de 63.ergo si examinãtur non videntur prohibiti.

125 ¶Item quærat au sint sortilegi, & diuinatores,& malefici,& venefici, quos debet deshonestare,vt puta mitrando, vel ponendo ad scalam cũ vituperio, & eos de diœcesi eijcere,tex.in,c. Episcopi.26. q.5.Abb.in.c.1.de sortilegijs.n.2.allegat. Abil.in,c.53. prætorũ verb. castiguelos. n.3.vbi dicit quod ipse fecit eos verberari cum mitris.

126 ¶Item debet inquirere an pauperes sint,& orphani,& aliæ personæ miserabiles veluti viduæ in aliqua necessitate cõstitutæ vt subueniantur.c. est probanda, c.non satis.86.distin.c.quoniam, c. apostolicis.16.quæst.1.

127 ¶Item audire debet omnes causas & quærelas ad forũ suum pertinentes,spectantes de iure ad forum ecclesiasticum cap. intercetera , cap. conquærente de

officio

officio iud.ordin.c.cum Episcopus eod. tit.lib. 6.

128 ¶ Item si aliqua delicta notoria inuenerit, quæ ad ecclesiasticam cognitioné dumtaxat pertineant, idem erit dicendum si delicta sunt mixti fori, & qualiter cognoscantur. Crimina esse mixti fori, declarant doctores in.cap. cum sit generale, de for.cõpeten.& per Marian. Soc. ibid.num.26.

129 ¶ Si autem sunt delicta fori secularis dumtaxat, arbitror, quod ecclesiasticus nõ poterit de se impedire, quamuis sint notoria. Quoniam de talibus nec mediatam nec immediatã iurisdictionem habet.

130 ¶ Pro complemento quæro an laici possint visitari per ecclesiasticum iudicem, l.4.tit.22.p.1.ibi, puede visitar los Obispos e Perlados de su prouincia, e los cabildos delas yglesias cathedrales, e las yglesias e los pueblos de ellas, e los monasterios e yglesias, e los cabildos cõuentuales, y todas las otras yglesias e

lugares

lugares religiosos que son fechos à seruicio de Dios,e los clerigos e los legos. Istam quæstionem tangit.Domin. in .c. Romana.de censibus.lib.6.nu.7.Grego. lopez.glos.3.in.d.l.4.vbi dicit aduerte tamen quia.Ioan.Andr.& post eum Cardin. videntur velle quòd per prælatos ecclesiasticos non debeant visitari nisi loca ecclesiastica,& familiæ ecclesiasticæ: vnde infert, quod cum mercenarij & similes qui habitant cum personis ecclesiasticis non censeantur de familia ecclesiarum capit.per exemptionem,& c.pen.de priuileg.lib.6. merito non debent visitari: ergo longe minus populi, & puri laici.Pro quo &facit,quia si aliud diceremus,sequeretur,quòd prælati ecclesiastici iurisdictionem in laicos vsurpare viderentur,quod fieri non debet.c. nouit. de iudicijs. c. quoniam. dist.10.c. cum aduerum. 96. distin. Vnde dicit Ioan.Andreas vbi supra,post Frãciscum Vercelle.quod tex.dicti. c. 1. de censib. lib.6.permittens in hoc visitationem laicorum

corũ, debet intelligi respectu matrimo niorum, & criminum ecclesiasticorum, pro quibus corrigendis poterit visitandel etiam contra laicos inquirere, non aliàs. Idem Frias. tractatu de visitat. c. 16. Ioan. vero de Imola quẽ refert Domin. ibi, & Marianus Socin. in tractat. de visitatione, col, 4. dicit. Quòd de omni crimine poterit visitare cum istud fiat extra iudicialiter per modum fori pœnitẽtialis, quod Dominicus ibi admittit, dũmodo visitans non procedat ad finem pœnæ imponendæ, & allegat. c. placuit. 10. q. 1. & sic videtur quod possit procedere ad finem pœnitenciæ & correctio nis, non vt aliqua pœna imponatur. Et licet delicta laicorum sint notoria, si illa non sunt ecclesiastici & mixti fori, sed fori dumtaxat secularis, non poterit se Visitator impedire, cum ad superiorem secularem iudicem non ad ipsum pertineat, suplere negligentiam iudicis secularis. Iudex ecclesiasticus vero dicit glo. de pacific. possessoribus. §. ordinarij in

pragm. Sanct. col. 2. in fin. quòd in materia peccati procedit contra omnes tam clericos quam seculares, & legitur & notatur in. c. nouit de iudicijs. &. c. 1. de cõuersion. coniungat.

131 ¶ Quamuis enim Archiepiscopus visitans possit notoria delicta clericorũ corrigere: tamen hoc potest ex eo, quia super illis potest notari ordinariorum negligentia, quam Archiepiscopus potest & tenetur suplere, vt dicit. tex. in. d. c. 1. § sane. lib. 6. & dicit Marian. Socin. in. d. tract. de visitat. lib. 10.

132 ¶ Quod non cõtingit in terminis prædictis, eo quod ab superiorem secularé pertinet, suplere negligentiam secularis inferioris, & non ad ecclesiasticum si modo superiorem secularem recognoscit. Secus si non recognoscat, secũdum ea quæ late diximus in. c. licet de foro competent. Eo autem casu quo superiorem ecclesiasticum cognoscit, qui illius inferioris negligentiam suplere potest. Idem arbitror, quod debeat denuntiare

nuntiare tam ordinario quam supe-
riori.

133 Sed quomodo hoc faciet, cum posset exinde sequi mors aut membri mutilatio, & sic talis incideret in irregularitatem. dist. 50. c. clericorum, & c. sicut dignum, &. c. penult. de homicidio, & dixit in. cap. ad audientiam de homicid. in. 7. princ. quod talis denũtiatio fiat sub protestatione de qua in. c. 2. de homicid. lib. 6. Si vero solum de talibus delictis laboret infamia, si sint delicta dumtaxat ad forum ecclesiasticum pertinẽtia, illa denuntiabit prælato ordinario vt per eam contra tales infamatos inquirat. Si vero sunt delicta mixti fori, tunc si tales infamati sunt sibi immediate subiecti, quia forte est Episcopus qui alienam visitat diœcesim vel similia, tunc prælatus ordinarijs locorũ vt super his solẽniter inquirat, denunciabit, si viderit expedire. Sed vtrũ denunciabit etiã seculari potestati, dicendum est vt sup. & idem faciet, si aliquem reperiret infamatum, solum

de crimine temporali seu seculari. Si vero reperiret aliquem infamatum, sed infamia non est tanta quod possit ex ea fieri solẽnis inquisitio, tum serua formam quam dedimus de clericis.

134 ¶Facta autem huiusmodi inquisitione & examinatione, faciliter poterit intelligere quæ sint quæ prædicanda ad populum, reprehendere, corrigere, & reformare debeat. Si vero quisquam aliquam denuntiationem fecerit quem ordinem seruabit.

135 ¶Attende prius quod vt dicit Hostiẽs. Denuntiatio est criminis alicuius apud iudicem sine inscriptione legitime facta delatio, ad pœnitentiam peragendã vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumq́;. Et de ista denuntiatione qualiter & a quo fieri possit vide Spec. de denuntiatione.

136 ¶Per viam denuntiationis igitur ad iudicium peruenitur. Robert. Marant. in Specul. de denunt. num. 1. quam sic concipies.

En tal

¶ *En tal yglesia de la ciudad de Seuilla à tres dias del mes de Febrero de 1578 años en presencia de mi. N. Notario Apoſtolico y dela ſancta viſitacion ante el muy magnifico y reuerendo ſeñor. N. Viſitador general &c. Parecio preſente. N. vezino dela dicha ciudad de Seuilla: y dixo que por deſcargo de ſu conſciencia, y con zelo de aprouechar à la ſalud eſpiritual de ſu proximo, y por no caer en las cenſuras y deſcomunion por el dicho ſeñor Viſitador fulminadas, el denunciaua y denuncio à ſu merced en como. N. clerigo beneficiado dela ygleſia de. N. dela dicha ciudad, era perſona que biuia muy diſſolutamente en mucho eſcãdalo de ſu vezindad, y que allende de ſer gran jugador de dados tablas y naypes, ſegun que eſte deponiente le auia viſto publicamente jugar muchas vezes en caſa de. N. vezino dela dicha ciudad en eſpecial el viernes que ſe contarõ veynte y dos dias de Enero, y ſabado y domingo ſiguiente del dicho mes, y otras muchas vezes en tablero publico, dinero ſeco, y que allende de lo dicho eſtaua en fama publica de ſer amancebado con. N.*

muger soltera, vezina aßimesmo dela dicha ciudad la qual el dicho Beneficiado tenia en su casa à pan y manteles como marido y muger, y que este deponiente lo sabe, porque los ha visto estar juntos en la dicha casa y. N. vezina dela dicha ciudad auia dicho à este deponiente, que en tal dia los auia visto estar solos y juntos en vna cama. &c. y que desto y de otras cosas mas feas y mal sonantes perpetradas por el dicho Beneficiado, podra ser informado el señor Visitador de fulano y fulana y firmolo de su nombre. Por el consiguiente verna otro testigo è dira lo mesmo.

137 ¶ Si tale delictum fuerit probatum per denuntiationem debet Visitator vocare denunciatum, qui si fuerit contumax nõ comparẽdo, procedit contra eum vt in c. Veritatis de dolo & contumac. tunc Fiscalis accusat suam contumaciam, & excommunicatur qui si etiam perseuerauerit, & obduratus fuerit procedit Visitator vsq; ad inuocationem Brachij secularis, vt in. capit. perniciosam. & cap. quoniam

quoniam de offic. ordinar. c. principes cum alijs.23.quæst.5.

138 ¶Si vero denunciatus vocatus comparet, poterit petere dicta & nomina testium. l.12.titul.20.lib.4.fori. cap. qualiter & quando el.2.de accusation. vbi dicitur quod exceptiones & replicationes legitimæ denunciati sunt admittendæ. Nam non est consuetudo romanis quemquam damnare priusquam is, qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciunt. Et cæter. actuum Apostol. capit. 25. in medio.

139 ¶Y dize Frias en el dicho tractad. de Visitat.capit. 25. & vice versa de su defension y respuesta, mandara dar traslado al Fiscal fasta que concluyan y sean admitidos a la prouança con cierto termino. Y presentados los interrogatorios de entrambas partes: y por el Iuez admitidos: saluo iure

 impor-

impertinentium, & non admittendorũ. Hecha la prouança y mandada hazer la publicacion de testigos con cierto termino e interualo, en el qual recebidas las excepciones legitimas, y defensiones. Concluydo el processo, visto y con diligencia examinado, ordenada la sentencia, pedida e citadas las partes ad vltimum, pronunciarla ha el juez pro tribunali sedẽdo, la qual, o cõsentida o siendo justa, friuolamente appela y por juez admitida, mandara al appelante, que dẽtro de cierto termino competẽte se presente con ella ante iudicem ad quẽ &c. Verdad sea que en las visitaciones y reformaciones hechas enlos Monasterios y personas regulares aunque en algo se aya de guardar este estilo y orden judiciario, pero no ad vnguem vt in.d.c.qualiter & quando &.c.olim.de Accusationib.

140 ¶Si autem Visitator viderit quod denuntiatus cognoscit delictum suum, pensata qualitate personæ & consideratis

omni

omnibus circunſtantijs criminis ſeu delicti, tunc in libro & in preſentia notarij imponat ei pœnitentiam ſalutarē prout ſaluti eius viderit expedire. c. Deus qui eccleſiam de pœnitent. & remiſsion. c. hoc ſit.26.q.7.

141 ¶Et talis pœnitens debet agere multa contraria, ſicut & Zacheus fecit qui feſtinans deſcendit. Ideo meruit, vt Chriſtus in domo ſua maneret luc.19.

142 ¶Tunc Viſitator videns pœnitentiā denūtiati qui curatur cōtrarijs. c. ſi quis de pœnitent. diſt.2. Conuocabit amicos & vicinos dicens, congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quam perdideram. Luc.15.

143 ¶Emendanda enim eſt iniquitas pietate paterna. l. ſi mater. C. de in offic. teſtamento.

144 ¶Nam paternus affectus omnem vincit affectū. l. vltimum. in princ. C. de curator. furioſ.

145 ¶Cuius expenſis debeat fieri inquiſitio dic ꝙ debet fieri expenſis fiſci ſecun

dum Andre.de Iſernia in conſt. iuſtitia-
rij,la. 3.
146 ¶Si autem inquiſitio fuerit inepta,an
validetur per cõfeſsionem inquiſiti. Ro
bert.Maran.in Specul.de ordin. iudicio
rum.p.6.n.fin.vbi tenet cum Angel. di-
cens tutius eſſe quod inquiſitus abſolua
tur,& denuo poſtea apte inquiratur.
147 ¶Poteſt etiam Archiepiſcopus viſi-
tans prouintiam debita pœna punire,op
timus tex.in.c.1.de pœnis.lib.6.Ita intel
ligo quod Hoſtienſ.tradit in ſum.tit. de
efficio ordin.§.quid pertinet ad officiũ,
verb.viſitabit autem Epiſcopus.colũ. 4.
ante fin.vbi dicit,quod ſi viderit aliquos
à mouendos ipſos debet à mouere.c.di-
lectus filius el.1.de reſcriptis,& quod ibi
tradunt doct.Si enim crimem à motio-
ne ſeu priuatione dignum, non eſſet no
torium,ſed ſola laboraret infamia,ſeruã
da ſunt quæ ſup.dixi.
148 ¶Quid autem dicendum ſi iudici eſt
dubiũ,an crimina ſint notoria , qualiter
debet procedere dicit Inno. quẽ refert.
Domin.

Domin.in.d.c.1.§.ſanc.n.fin.de cēſib. in 6.quod primo de hoc inquireret. Nec videtur quod habeat aliud pronũciare, niſi quod ſuũ eſt, punire hæc maleficia, quia ſunt notoria, cũ ſolũ in hoc videatur cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio puniendi.

149 ¶ Archidia.in.d.c. .§.ſane, dicit, quod notoriũ hic intelligitur, cuius teſtis eſt populus, allegat.c.in ſacerdotibus.61.diſtin. Et illius criminis teſtem eſſe populũ & ſi crimen ſit notum maiori parti tantũ.c.de manifeſta.2.q.1. Vbi dicit Sãctus Ambroſ.de manifeſta & nota plurimis cauſa non ſunt quærendi teſtes.c.veſtra de cohabitat.clericorum & mulier.

150 ¶ Nam in notorio non requiritur alia probatio, &in talibus ordo iuris eſt, iuris ordinem non ſeruare.c.ad noſtram el.3. de iureiur. Hoſtienſ. Ioan. And.in.d.c.1.

151 ¶ Sed in criminibus non nototijs & in quibus ſola laborat infamia, Archiepiſcopus non poteſt, vt dixi, etiam per viam ſolennis inquiſitionis, ſed denũciare debet ordinario, vt inquirat ad quam

denun

denuntiationem Archiepiſcopi vel ſimi lis tenebitur Epiſcopus inquirere.c.audi tum. c. omnibus,2.q.4. Et ſi Epiſcopus nolet inquirere, poterit tunc Archiepiſ copus eius negligentiam ſuplere. arg. c. cum ſimus& c.ſeq.9.q.3.Alij dicũt quod propter eius negligentiam hæc cogni- tio ad Archiepiſcopum nõ deuoluitur: quia in canonibus non eſt hoc expreſsũ. Et nemo poteſt plus iuris ſibi vendicare, quàm ei per canones ſit conceſſum.c. duo ſimul.de offic.ordin.c. conquæſtus. 9.q.3.c.quia cognouimus. 10.q.3: de quo per gloſ.ante pen.verb.ſubditis in.c.1.de ſuplenda neglig.præl.lib.6. Nec obſtat ſi dicatur quod ſecundum hoc, crimina remanebunt impunita.c.vt famæ de ſen tentia excommunic.l.ita vulneratus, in fin.ff.ad leg.aquil.l.licitatio.§.quod illi- cite.ff.de publican.

152 ¶Reſpõdeo quòd Archiepiſcopus cõ- pellat Epiſcopum,quod inquirat, & pu- niat.Quod poteſt ratione pacti negligẽ tiæ.C.quorũdã.34.diſt.c.de his.12.diſt.

Quam

153 ¶Quamuis autem Archiepiſcopus vi ſitans prouinciam non poſsit exercere iuriſdictionem fori contencioſi,niſi puniendo crimina notoria. Vt dictum eſt, vel propter impedientem viſitationem, gloſ.Greg.Lopez.Scholio. Iuez ordinario in fin.l.10.tit.5.p.1.

154 ¶Tamen poteſt Archiepiſcopus confeſsionem ſubditorum ſuffraganeorum audire,ac abſoluere confitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares, vt tex. in.c.fin.de cenſib.lib.6.Item poterit dare Archiepiſcopus literas indulgentiarum.c. noſtro de pœnitēt & remiſs.gloſ. pen.in.d.c. fin. de cenſib.

155 ¶Sed quamuis hoc poſsit,non tamen poteſt ordinare tales,vt notatur in.c.cū nullus,de temporibus ordinat.lib.6.ſecū dum Ioan.And.in. d.c. fin.de cenſib. Et dicit Lapus.Abb.quod etiam in talibus non poteſt dare literas cōmendatitias ad ordines.Sed an Archiepiſcopus poſſit cum talibus diſpenſare,traditur in. c. ad extirpandas de filijs præſbiter.

Pro

256 ¶Pro maiori autem declaratione requiritur an Archiepiſcopus ſuccedat Epiſcopo ratione negligentiæ in eo quod facere debeat. Iſtam quæſtionem ſoluit. Greg. Lopez, ſcholio la quinta. l. 11. tit. 5. p. 1. allegat. c. cum ſimus & per illum tex. dicit gloſ. in. c. paſtoralis de offic. ordinar. quam pleriq; doctores ſequuntur. Quod vbicumq; Epiſcopus eſt negligẽs in eo quod facere debeat, ſuccedit Archiepiſcopus, & ſic quod negligentia Epiſcopi deuoluat iuriſdictionem ad Archiepiſcopum. Et dicit Paul. de Leazar in. cap. 1. de ſuplend. neglig. prælat. lib. 6. quod vniuerſus mundus tenet hoc, & etiam Domin. ibi & multi relati per Abbatem, in. c. ſi quis contra clericum de foro competenti. Contra quam concluſioné ita generalem tenent Coſm. de concubinar. §. quod ſi gloſ. verb. illos, colũ. 1. Abb. ibi & in. d. c. paſtoralis in princ. col. fin. de officio. ordin. Vbi ipſe firmat regulã generalem in cõtrarium, immo quod non ſuccedat Archiepiſcopis ratione ne-
gligen

gligentiæ regulariter exceptis duobus casibus. Primus in casu cap. ad reprimendam, de offic. ordin. & allegat infra istã legem ibi el septimo. Secundus casus est in correctione criminum notoriorum vt in cap. Romana. §. notoria de censib. lib. 6. Et cum dictis Abbatis transit Felin. in. d. cap. pastoralis, addens quod si à negligentia Episcopi appellaretur ad Archiepiscopum, appellatio operaretur effectum deuolutiuum, quod non operaretur per viam quærelæ aditus ad Archiepiscopum, vide Concil. Triden. Sess. 24. c. 20. in medio. Et pro opinione ista Abbatis contra cõmunem facit dicta. l. Partitarũ ibi los yerros que acaecen, & adde. l. 9. tit. 9. ead. partita. Est tamen aduertendum quod ea quæ ab Archiepiscopis & ordinarijs visitantibus secũdum quod supra diximus sunt seruãda, saluis semper super hoc rationibus & probationibus religiosorũ consuetudinibus & regularibus institutis vt dicit. tex. in. d. c. r. in fin. de censib. lib. 7.

157 ¶Vnde licet notoria ipſorum religioſorum crimina ſuo iure poſsit punire, quia notatur negligentiam Abbatis,vel Epiſcopi,vt.d.c.1.§.notoria.c. de perſona.11.q.1.niſi conſuetudo eſſet in cōtrarium.c.accedentibus de exceſſ.prælat. Barthol.in.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & eſtiuali.Quæ conſuetudo dat iuriſdictionem. c. conquæſtus.9.q.3.l.1.&.l.vltima. C. de Emancipat.liberorum.Tamen primo loco non corriget religioſos,quos correctio,& coertio primo loco pertinet ad Abbatem. c.quanto de offic.iudic.ordinarij. ſecundum.Ioan.Andream.in.d.c.1.prope fin.
158 ¶Nam immediate habent Prælatum proprium loco dei. Abb.in.c. paſtoralis. n.6.in fin.de offic.ordin.
159 ¶Monachi & religioſi corrigendi ſunt miſericorditer,& non paſsim,& nō ſunt corrigendi,nec detrudendi more latronum in grauem carcerem,gloſ.verb.Abbates,la.3.in extrau.vaſ.electionis,de cēſibus & exactionibus inter commun.

Audiui Cartusienses monachos in hoc crudelissimos in debite deuiantes à precepto misericordiæ.

160 ¶Et dicit Dominic. in. d. c.1.§.fin. n. fin.de censib.lib.6.quod licet ad Abbaté expectet correctio, si tamen est nimis grauis,de concilio conuentus,idest capituli sui temperanda est idem dicit glos. in.d.extrauag.allegant. text.in.c.nouit, & c.ea noscitur de his quæ fiũt à prælat. c.reprehensibilis,de appellat.Domin.in d.c.1.§.fin.n.fin.Filipus Francus. in. d.c. reprehensibilis.num.13.

161 ¶Gubernatio enim temperata durabilior est Politicorũ.4.c. 12.in fin.Et intelligant Abbates se esse prælatos non percussores,sed diligãt monachos tamquá filios,& fratres,elaborentq;,vt hortãdo, & admonendo ab illicitis deterreant. Si autem per humanam fragilitatem monachi peccauerint, tunc seruent illud Apostoli Pauli dicentes,vt illos arguant obsecrent,increpent, in omni bonitate, & pacientia : Cum sœpe plus erga corri

gendos agat beneuolentia, quam auste-
ritas, plus exortatio, quam comminatio
plus charitas, quam potestas. Concil.
Trid. sess. 13. c. 1. de reform. Prælati regu-
lares cognoscunt de criminibus contra
subjectos dummodo non procedatur ad
depositionem notat Abb. in. c. quod se-
dem de offic. ordin. in fin.

162 ¶ In visitationibus ergo religiosorum statuta & consuetudines & eorum correctiones si sunt rationabiles & approbatæ seruandæ sunt, secundum Ioan. Andream quem refert Domin. vbi supr. nu. fin. Et visitatores monasteriorum magna cum diligentia debent illorum reformationi incumbere. Et ea obseruare quæ in sacris canonibus & in sacro Concilio Trident. sunt decreta sess. 25. cap. 8 cum alijs de regularibus & monialibus.

163 ¶ Hodie monasteria immediata sub protectione sedis apostolicæ tenentur quolibet triẽnio in congregationem se se redigere ad visitatores eligendos, in quibus

quibus si negligentes fuerint, tunc Archiepiscopus potest tanquam sedis apostolicæ delegatus, pro his causis conuocare, quod si non fecerint, sub dantur Episcopis in quorum diœcesi monasteria sunt sita.

164 ¶ Quæro vltimo qualiter Visitator se habeat circa priuilegia & elemosinas & similia, respondeo. Quod Visitator non debet violare priuilegia loci visitati maxime religiosorum vt in. c. 1. in fin. de cẽsib. lib. 6. & clem. ad nostrum de censib. Concil. Trident. sess. 25. capit. 20. in fin. Et quantum ad hoc dicit Paul. in. d. clem. quod priuilegia religionis sunt quod intra monasteria per super venientes carnes non comedantur, & quãuis ipsi Visitatores possint fragmenta quæ de ipsorum Episcoporum & suorum familiarium mensis colligũtur, per ipsorũ Episcoporũ elemosinarios ibi pauperibus erogaret, vt vult text. in clem. 2. de censib.

165 ¶ Panes tamen integros qui de mensa

feruantur, vel capones integros vel similes epulas in tactas non potest præfatus elemosinarius inuictis monachis pauperibus erogare, vt probatur à contrario sensu dict. clem. 2. & voluit glos. ibi, verb. fragmenta, & quamuis, tex. loquitur de Episcopis visitantibus, & monachis visitatis: tamen idem arbitror de alijs visitantibus ecclesijs visitatis, propter rationis identitatem. Et quod dictum est de fragmentis procedit siue talia fragmēta tollantur de mensa visitatoris seu familiarium suorum vt voluit glosa ibi super, verb. familiarium & sequuntur doct. Itē procedit siue procuratio fiat visitatori ex debito siue gratuito, quia illa talia vtroq; casu videntur donata. vt dicit glosa super. verb. colliguntur. in. d. Clem. 2. & sequuntur doct. Sed aduertendum est quia ista ratio videtur concludere quod etiam de integris possit fieri elemosina, cum illa videantur donata, & si dicerentur, videntur donata quæ ab eis comedūtur, non reliqua, tunc nec fragmenta viderendeten-

derētur posse erogari. Vnde dici potest, quod prædicta ratio non procedit.

166 ¶Et quod non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. l.non omnium ff.de legib. vel forte dici potest, quod quãtum ad ea quæ integra sunt res quodam modo dicitur integra, quoad fracta sœcus. Vtrum autem de talibus fragmentis possit fieri elemosina per Visitatorem seu eius elemosinarium alibi quam in monasterio glos.pen. in dicta Clem.2.tenet quod non inuictis monachis sumpto argum.à contrario sensu & sequuntur doct.facit secundum Ioan. de Imol.in.c.cũ Apostolica, de his quæ fiunt à prælat.

IN VERBIS ETIAM POST plene visitatã propriam diœcesim, non visitētur cathedrales ecclesiæ,neq; diœceses suorum comprouincialium,nisi causa cognita & probata in Concilio prouinciali.

1 *Commendatio Bene agendi in duobus consistit.*
2 *Propositum Visitatoris debet esse videre optimam rem publicam.*
3 *Res publica dicitur optima, si optime ciuitas gubernatur.*
4 *Gubernatio optima, si felicitatem recipit.*
5 *Vbi virtus ibi felicitas.*
6 *Felicitatem importat bene agere & bene viuere.*
7 *Perfectum consistit in superantia.*
8 *Perfectum est cui nihil de est.*
9 *Diœcesis plene visitata dicitur quando nulla Parrochia remansit in visitata.*
10 *Omißio modicæ solẽnitatis non vitiat.*
11 *Visitator quid visitare teneatur.*
12 *Synodo conuocato & ibi fieri inquisitio an sufficiat vt non fiat Visitatio.*
13 *Ratio administrationis Reddenda vbi sit.*
14 *Visitator quando non teneatur visitare singula loca.*
15 *Visitatio vbi debet fieri.*
16 *Diœcesi plene visitata, tunc Archiepiscopus visitat prouinciam.*

Suffraga

17 *Suffraganei etiam sint diligentes poterit etiam Archiepiscopus visitare diœceses suas & qualiter.*

18 *Archiepiscopus cœpit visitare diœcesim sui suffraganei & ad aliam transiuit, an poßit redire ad diœcesim inter missam, & quando requiratur eius assensus.*

19 *Mayor pars suffraganeorum si consentiret in visitatione Archiepiscopi, potest Archiepiscopus reuerti, & visitationem complere etiã contradicente diœcesano.*

20 *Archiepiscopus postquam semel visitauerit omnes prouincias siue diœceses, prius requisito concilio suffraganeorum suorum an poterit reiterare visitationem absq; assensu eorũ & quam prouidentiam in visitationis reiteratione habere debeat & nu. 19.*

21 *Archiepiscopus tenetur annuatim facere cõcilium prouinciale hodie autem qualiter.*

22 *Diffinitio, vt visitatio prouintiæ fiat, cui cõpetit cõcordantibus Episcopis seu discordantibus.*

23 *Archiepiscopus qualiter diffiniat, vt conueniat fieri visitatio prouinciæ.*

24 *Ab aprobatione facta vt visitatio prouintia fiat, non appellatur.*

25 *Suffraganei an poßint allegare consuetudinem quando Metropolitanus vel & iterato visitare suam prouinciam.*

1 ¶Dicit Aristotel. Politicorum. 7. c. 13. duo sunt in quibus omnis cõmendatio bene agendi consistit, Vnum, vt propositum, ac finis agẽdi recte subiaceat, aliud vt eas actionesquæ ad illum finem ferãt inueniamus.

2 ¶Propositum ergo Visitatoris debet esse optimam rempublicam videre.

3 ¶Ea autem optima respublica est, per quam ciuitas optime gubernatur.

4 ¶Optime autem gubernatur, si felicitatem maxime recipiat.

5 ¶Et tantum felicitatis cuiq; cõtingit, quantum virtutis. idem Aristot. in. cap. 1 eod. libr.

6 ¶Et felicem esse consistit in viuendo & operando, & talis operatio est bene agere, & bene atq; perfecto viuere.

Et per

7 ¶Et perfectum consistit in superãtia. Aristot.lib.5.cap.7.de generatione animalium. plene hic idem est quod perfecte.

8 ¶Et perfectum est,cui nihil de est vide.l,6.tit.1.& per tot.p.1.

9 ¶Igitur propria diœcesis plene visitata ab Archiepiscopo dicetur,quando nulla parrochia remansit non visitata,dummodo visitari cõmode possit vt statim dicemus.Et visitationis causa subsit:quoniam hic omnia ad boni viri arbitrium essent redigenda. Vnde Hostiens. dixit non propterea diceretur non facta plena visitatio ex eo quod duæ vel tres ecclesiæ, vel partes remaneant visitandæ allegat Archidiac.7.q.1.§.deniq;,& subdit quod in spiciendus est mos regionis ff. de ventre in spiciendo.l.1.§.fin.

10 ¶Vbi Bart.dicit quod omissio modicæ solẽnitatis non vitiat.

11 ¶Et nõ solum tenetur in propria diœcesi visitare ecclesias & clericos & omnes ministros deputatos loco, eccle-

sæ vel diuino cultui mancipatos. Sed etiam laicos, & sic visitatur quodcumq; habens beneficium ecclesiasticum & licet curatum non sit, vt dicit tex. in. d. c. 1 §. sane vbi Dominic. num. 2.

12 ¶ Sed quærit dicta glos. verb. plene nunquid sufficiat Synodum conuocare & plene inquirere, videtur quod sic. cap. sicut Olim. de accusation. cap. quoniam 18. distin. Sed dic contrarium vt dicit dicta glos. quoniam in tam breui tempore singulorum inquisitio fieri non potest; tunc quia ibi non conueniunt omnes clerici, & laici, qui sunt visitandi tunc.

13 ¶ Quia in loco administrationis est reddenda ratio, siue administratio sit publica, siue priuata. l. prætor. §. is etiam. ff. de edendo. C. vbi de ratiocin. agij oportet. l. 32. in fin. tit. 2. p. 3. Vide Nun. Auendaño, de exequend. mand. capit. 1. p. 1 numer. 16. tum quia subijcienda est res oculis. Et personæ præsentia multum operatur. l. si irruptione. §. ad officium

ff. finium regund. capit. fin. de offic. & potestate iud. delegati. quam glos. sequuntur ibi Innocen. Ioan. monach. Hostiens. Archidiac. & Domin. Aduertendum tamen est. Quia quæ de dicta visitatione plena propriæ diœcesis dicta sunt, procedunt, si Archiepiscopus commode, & absq; aliqua difficultate accedere ad vnam quamq; poterit.

14 ¶ Sed si commode, vel absq; aliqua dificultate non posit accedere, puta propter niues, vel viarum discrimina, aut simile impedimentum potest de pluribus locis ad vnum congruum locum, clericos, & laicos, conuocare, ne etiam in ipsis laicis visitatio post ponatur. text. in dict. capit. 1. de censib. l. 4. titul. 22. part. 1. Ant. Archiepiscop. Florentin. 3. p. titul. 20. capit. 5. §. 5. col. 4 Auiles. capitu. 6. prætor vers. Vna vez. num. 3. facit. text. in. capit. ad audientiam, de Ecclesiastic. ædificijs. leg. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus.

15 ¶Et in dicto.c.1.dicit tex,quod debet conuocare ad locum congruum,vbi glossa dicit congruum.ideſt honeſtum,& cõmunem & ſuficientem ad omnes recipiendos, prout erit poſsibile allegat. c. accepimus. de fid.inſtrumẽt.c.cum per ſonæ,de priuilegijs.Nec eſt verum ſecũdum Hoſtienſ. quod quidam dixerunt Archiepiſcopum viſitare loca opulenta tantum,non parrochias minutas,niſi aliquid audiat ſiniſtrum,& graue,quia nec poſſunt ipſum recipere cum tot equitaturis.c.cum apoſtolus de cenſib.additio ad gloſ.verb.autoritate propria in. c. cũ imper.eod.tit.

16 ¶Finita autem plene viſitatione propriæ diœceſis licitum eſt Archiepiſcopo per totam prouintiam, vel eius partem viſitationis exercere officium viſitando non ſolum ciuitatem,& diœceſes,ſed etiam ſuffraganeos, & eorum ſubditos. Et non ſolum eccleſias Cathedrales ſed etiam alias, & monaſteria,& pia loca,& clericos,& populos libere viſitare poteſt

test tex. est in. d.c.1.§. deinde. de censib. lib.6.

17 ¶ Quod procedit etiam suffraganeis non negligentibus secundum glos. super verb. prouinciam. in. d.c.1. & per tex. in d.c. fin. eod. tit. Quamuis Bernardus in glos. verb. autoritate. c. cum nuper de cẽsib. dixerit, quòd solum suffraganeis negligentibus posset talem visitationem facere & male. Quamuis autem Archiepiscopus totam diœcesim suam plene visitare teneatur, vt supra diximus, tamen non precise arctatur ad visitandam totã prouinciam sed potest totam, & partem libere visitare, exquo tamen aliquam de ipsis diœcesibus visitare cepit. Nũquam postea siue totam, siue partem eius visitauerit reuertatur causa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquæ ipsius prouintiæ diœceses in tota vel in parte quas secure visitare poterit. Et si de nouo fuerint visitatæ vt habetur in. d.c.1.§. ex quo subdit, tamen ibi tex. quod si forte eadem diœcesis vel aliqua ibi ecclesia plus

plus alijs indiguerit visitari, aliarum Visitatione inter missa ad eandem redire tenneatur. Si à loci diœcesano requisitus extiterit, vel de omnium, aut maioris partis Episcoporum eiusdem prouinciæ processerit consilio, & assensu ad quos pronos exhibere debet ne animarum profectus aliqualiter negligatur.

18 ¶Exigitur ergo ad hoc quod Archiepiscopus postquam vna diœcesim incœpit visitare, & ad aliam transiuit, vt sine noua propriæ diœcesis visitatione possit reddire ad diœcesim inter missam, quod à diœcesano sit requisitus, & faciat de eius consilio & assensu, quia non sufficit solum consilium, sed etiam assensus per capit. cum olim. de arbitr. secundum Ioan. Andr. Et potest esse ratio secundum glos. ibi nam per exitum videtur renuntiasse visitatione illius anni, facit. c. quo ad consultationem, de sententia & re iudicata. c. gratum, de offic. & potestate iudic. delegat. l. ad solutionem C. de re iudicat. glos. solén. ad hoc verb.

requisitus in.d.cap.1.§.exquo de censib. lib.6.l.4.tit.22.p.1.& ideo reddire non potest,nisi in alterum prædictorum casuum.

19 ¶Si tamen Episcopus non requireret Archiepiscopum,& maior pars suffraganeorum consentiret ipsum reddire,posset reuerti,& visitationem complere,etiam diœcesano contra dicente,secundum glos.prædictam,facit.c.1 66.dist in. & sequuntur Hostiens.Archidiac.& Ioã. And.in. d.c.1. Et nota q͂ quamuis glos. prædicta asignet dictã rationem quare non posit ex propria voluntate reddire ad cõplendam visitationem,quam intermisit,tamẽ præter illam etiam ratio duplex asignari potest. Prima ne illa diœcesis grauetur.Secũda ne visitatio aliorũ negligatur.Secũdum Frãcis.Vercel. quẽ sequitur Ioã.And. in.d.c. 1. in nouell. Et prædicta procedunt quãdo Archiepisco pus visitãs intermis it cõplere visitationẽ ex propria volũtate,secus si ex aliqua necessaria causa intermisit, quia tunc

abs q͂

absq; noua visitatione propriæ diœcesis potest ad illam reddire, ex quo iure per mittente intermisit secundum Hostiēs. & Ioan. Andream in. d. c. 1. §. ex quo tamen, glos. verb. visitar. l. 4. tit. 22. p. 1. Et debes aduertere quod ex quo. tex. in. d. c. 1. dicit, quod ex quo totam suam prouinciam visitauit, potest totam vel partem prouintiæ libere visitare, quod propter verbū libere positum in tex. potest illam facere contradictione, præscriptione, vel appellatione. Non obstantibus. c. cum ex officio, & c. accedentes, de præscriptio. & per tex. in. c. fin. de censibus, lib. 6. tenet ita glos. verb. libere, in. d. c. 1. de censibus Archiepiscopus etiā potest reiterare visitationem diœcesum suffraganeorū suorum eodem anno per text. in. c. 1. §. postquam, de censibus, lib. 6. cuius verbo hæc sunt. Postquam autem semel omnes diœceses prouinciæ suæ visitauerit, licitum sit ei postea (prius tamē suffraganeorum suorum requisito consilio, videlicet in cōcilio prouinciali, vt

dicit

dicit ibi glos. & ipsius diffinitione super hoc habita coram eis quæ in his scriptis redigi volumus, vt possit alijs esse nota) visitationem per eandem reiterare prouinciam, iuxta modum superius annotatum, etiam si non interueniat in hoc suffraganeorum assensus, illam semper prouinciam adhibendo, vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias, eosq; cleros, & populos, prius visitet, qui non fuerant ab eo in prioribus visitati. Nisi magis alijs visitationis officium opportunũ sit vt in.d.§.postquam. Et prædicta procedunt, etiam si nulla negligentia data fuerit a suffraganeis vt in.d.c.fin. de censib.lib. 6. nota etiam si Archiepiscopus iure metropolitanico semel visitasset prouinciam suam, & demùm data regula suffraganeorum suorum, vel alicuius suffraganei, sui vellet iterum visitando, negligãtiam eorum supplere, nec in hac visitatione arbitror nacessarium formã dicti.c.primi de censib. lib. 6. Videlicet vt incipiat à sua diœcesi, quoniã primam

visitationem facit iure ordinario, glos. Greg.Lupi.pen.l.1.tit.22.p.1. hanc autẽ facit propter negligentiam suffraganei, quam supplere tenetur.c. cum simus. 9. q.3.c.per tuas de sententia excomm. c. qua fronte de appellatione, &c. §. si quis autem in fin.Authentic.de ecclesiasticis titulis collat.9.optima glos.verb. exceptis.c.pastoralis de officio iudicis ordinarij. Nam in hac visitatione cessat ratio cessandæ formæ.de qua in.d.c.1.de censib.lib.6. Et quia non esset conueniens propter negligentiam suffraganei grauare propriam diœcesim Archiepiscopi iterata eodem anno visitatione vt in regul.non debet alteri.ff.de regul.iuris, cũ sua materia.Ex prædictis rationibus idẽ arbitror,quando forte instantia necessitatis iteratam suffraganeorum suorũ vel alterius eorũ vellet facere visitationẽ, vigore cuius necessitatis annuã visitationẽ reiterare posse:hæc omnia tu cogita. Aduerte etiã,quod postquã Archiepiscopus semel omnes prouincias,siue diœceses

ceſes viſitauerit,licitũ eſt ei, prius tamẽ ſuorũ ſuffraganeorũ requiſito cõſilio, & ipſius ſuper hoc habita diffinitione corã ipſis quæ in ſcriptis redigẽda eſt, vt alijs poſsit eſſe nota,per eundẽ poteſt viſitationẽ prouinciarum reiterare iuxta modum ſuperius ad notatum,etiam ſi nõ interueniat in hoc ſuffraganeorũ aſſenſus l.5.tit.22.p.1.Tenentur tamen illã prouidentiã adhibere vt in poſterioribus viſitationibus illas eccleſias eoſq; cleros & populos prius viſitare teneatur,qui non fuerãt ab eo in prioribus tẽporibus viſitati,niſi ſit magis opportunũ officium viſitationis alijs tex.eſt in.d.c.1.§. poſtquã de cenſib.lib.6.l.4.tit.22.p.1.

20 ¶Archiepiſcopus non poteſt ſecũdo viſitare ſine diffinitione concilij prouincialis , & propter hoc prouidetur Archiepiſcopo , quia aliter vix vel nunquam ſecundam viſitationem facere poterit,niſi concilium celebret. ſecundum Ioan. Andream.d.c.1.

21 ¶Tenetur Archiepiſcopus prouinciale

concilium annuatim facere. c. graue de præbend.c.ſicut olim de accuſationibus gloſ.verb.concilio.§.poſtquam in. d.c.1. de cenſib. Hodie quolibet ſaltē triēnio concilium prouinciale debet celebrari à Metropolitanis, in Concil. Tridē.ſeſſ. 24.c.2.in pr.de reform.

22 ¶Et ideo dicit de concilio dumtaxat, quia hoc caſu non requiritur quod concilium conſentiat,quia ſiue concordent Epiſcopi ſiue diſcordent,ad Archiepiſcopum pertinet diffinitio circa hoc,& ſtandum eſt diffinitioni Archiepiſcopi.c. cū olim de arbitris ſecundum gloſ.verb. cō cilio in.d.c.1. de cenſib.

23 ¶Archiepiſcopus autem qualiter circa hoc debeat diffinire.gloſ.verb.diffinitione d.c.de cenſib.lib.6. dicit quod fiat ſub hac forma , diffinimus procedendū eſſe ad viſitationem prouinciæ noſtræ, & Ioan. And.in nouellis in.d.gloſ. quod Hoſtienſ.Et Archidiaconus etiam dicūt nō requiri quod hoc fiat cauſa cognita. Hodie tamen text.noſter dicit niſi cauſa

ſa

ſa cognita, & probata in Concilio prouinciali non viſitentur Cathedrales eccleſiæ, neq; diœceſes ſuorum cōprouincialium.

24 ¶ Aqua probatione cum ſit ſuper executione ſui officij non poteſt appellari, per tex.in.c.irrefragabili de officio ordinar. Idem tenent Innoc. Hoſtienſ. Ioan. Monach. & Archid.

25 ¶ Metropolitanus ſi vellet iterato ſuã prouinciam viſitare ſecundum formam aſsignatam, ſuffraganei nõ poſſunt allegare conſuetudinem quod Archiepiſcopus non debeat viſitationẽ iterare, Specul. de procuratoribus.num.2.

IN VERBIS ARCHIDIACONI autem, Decani.

1 *Archidiaconus an ſit maior poſt Epiſcopum & in quo, & num.3.*

2 *Archidiaconus de iure cõmuni eſt Prælatus immediatus poſt Epiſcopũ eccleſia cathedrali.*

Consue-

19 *Consuetudine, aut præscriptione, aliquid compe tere, quibus modis intelligatur.*
20 *Canonistæ aliquando sumunt consuetudinē pro præscriptione.*
22 *Archidiaconus de iure communi excommunicare non potest.*

1 ¶Archidiaconus est maior post Episcopum secundum Ioan. Andr. & Abb. in Rubric. de offic. Archid. Notat Nicola. Boeri. in tract. magni Concilij. n. 75. l. 4. tit, 6. p. 1.

2 ¶Qui de iure cõmuni est prælatus in mediatus post Episcopum in ecclesia ca thedrali Rot. de præb. in nou. decisio. 9.

3 ¶Et dicitur maior Archipræsbitero in officio, & in administratione, sed in or dine est minor. Barbat. in tract. de præstantia Cardinalium prima quæstio basi lica primæ partis. n. 48. glos. verb. electio nis. c. de liberatione, de offic. legat. lib. 6. pro hoc est tex. in. c. perlectis. 25. distin. Ibi Archipræsbiter vero se esse sub Archidiacono eiusq; præceptis.

4 ¶Et satis probatur ex ordine titulorũ decretalium qui attendi debet.l.2. ff. de statu hominum,& Ioan.de Imol. & moderni in rubrica.ff. de verborum obliga tio. Vbi sunt Præpositus & Archidiaconus præcedunt Decani.

5 ¶Nisi Decanus esset primus post Episcopum, tunc præcedet ipsos, vt tenet Cardin.in consil. 63. quem refert & sequuntur Nicol.Boeri.tract. de ordine & præcedenti graduum.p.1.n.22.

6 ¶Et appellantur Archidiaconi oculi Episcoporum.c.ad hæc. de offic. Archidiac.Concil.Triden.sess.24.c.12. de reform.

7 ¶Propterea magistri debent esse in theologia, seu doctores,aut licentiati in iure canonico,in.d.c.12.

8 ¶Et Archid.in. d.c.per lectis.25. dist. num.12.dicit.Quod Archidiaconus habet à iure vt visitet.Sed Hostiēs. in sũm. de officio Archidiac.§.quod sit eius officium.verb.ego puto non debere ius calũniari.Dicit Archidiaconis,& Decanis

non.

non competit de iure communi ius visi tandi. De consuetudine tamen potest ipsis competere. Refert & sequitur Greg. Lopez Scholio. de costumbre. l. 1. tit. 22. p. 1. Et potius quam de cõsuetudine quã de iure Archidiaconi iurisdictio iuuatur glos. fin. in. c. ad hæc de excessibus præ-
9 ¶ Et si vis scire quam iurisdictionẽ habeat Archidiaconus vide Domin. in. d. c. per lectis. 25. distin. in medio.
10 ¶ Consuetudine igitur iurisdictio potest acquiri. glos. in. c. quanto de officio ordin. l. vltim. C. de Emancipatione liberorum, glos. c. conquæstus. 9. q. 3.
11 ¶ Et etiam iurisdictio potest acquiri præscriptione. Coua. in regula. possessor 2. p. relection. §. 3. num. 2.
12 ¶ Et in tantum hoc est verum quod potest aliquis citra æpiscopum, idest inferior, acquirere sibi subditos in certa parte diœcesis. glos. in. c. pastoralis, de offic. ordinar. quam dicit singularem. Abb. ibi. n. 7.
13 ¶ Item prælatus contra alium præla-

tum potest præscribere visitationem vt in.cap.irrefragabili.§. excessus de offic. ordina.

14 ¶ Nam visitatio est actus iurisdictionis in.c.cum venerabilis de censib.

15 ¶ Et iurisdictio acquiritur tempore ordinario quo alia iura præscribuntur Balb.de præscriptionibus.5.parte.2.partis vers.circa primam quæstionem, sequitur Coua.vbi supra.n.5.Et ista iurisdictio sic acquisita potius consuetudine quam præscriptione dicetur.

16 ¶ Quia consuetudo propria non acquirit de sui prepria essentia alicui priuato, sed potius in publico, ita Marian. Socin.in tract.de visitat.lib.6.ante fin.

17 ¶ Et iurisdictio acquisita præscriptione contra subditos alterius intelligitur priuatiue & non communicatiue. Abb. in.capit. auditis de præscript. vbi Felin. idem Feli. in capit. pastoralis de offic. ordinar. tradit Nun. Auend. de exeq. mandat.princip.cap.1.p.1.numer. 23. Et vide que notantur in.dict.capit.irreffragabili

gabili. §. excessus. Bald. cons. 64. vol. 1. vbi plene.

18 ¶ Iurisdictio etenim competens in aliqua diœcesi prælato inferiori, ita est accipienda, vt minime priuet Episcopum ordinaria iurisdictione quam habet sed ei accedat acumulatiue vt notat Coua. in. c. Alma mater de sententia excõmunication. in. 6. p. 1. §. 12. n. 3.

19 ¶ Qualiter igitur possumus intelligere modos, quibus aliquid competit ex consuetudine, vel ex præscriptione. glos. in c. fin. 18. q. 2. Bald. in authen. quas actiones. 7. col. verb. econtra quæritur. C. de Sacros. ecclesijs. Feli. in. d. c. auditis. n. 22. de præscript. vbi refert Bald. dicẽtẽ quod præscriptio est rerũ, cõsuetudo vero est morũ. Itẽ per præscriptionẽ ius priuatus acquiret, per consuetudinem vero res publica, quod subditos regat.

20 ¶ Canonistæ tamen interdum sumũt consuetudinem pro præscriptione. Vnde si parrochia in consueuerunt reficere ecclesiam parrochialem cum alijs, ipsi

ipsi appellant hanc consuetudinem. Sed potius debet dici præscriptio iuris, quia ecclesia præscribit cōtra eos hoc ius seruitutis. Actus vero gesti à priuato, possunt inducere consuetudinem: puta cessio in certo loco diu continuata per. l. Venditor. §. si constat. ff. commun. prædiorum. Vbi ista appellatur consuetudo per iuris consultum, & si vis alia exempla videre quibus hæc certiora fiunt vide Coua. in regula possessor. part. 2. relectio. §. 3. n. 2.

21 ¶ Est igitur dicendum quod Archidiaconi & inferiores possunt visitare ad quos visitatio potius ex consuetudine præscripta quam ex iure communi pertinet. c. 1. c. mandamus. de offic. Archidiac. cap. cum apostolus. cap. procurationes, de censib.

22 ¶ Nec etiam competit Archidiacono de iure cōmuni posse excommunicationis sententiam pro ferro Abba. in. c. Odoardus de solution. n. 7. allegat. cap. ad hæc de offic. Archidiacon.

IN VERBIS ET ALII INFERIORES in ecclesijs, vbi hactenus visitationem exercere legitime consueuerāt.

1 *Inferiores gratia superiorum facti.*
2 *Potentioribus pares esse non possumus.*
3 *Inferiores non possunt tollere ius superioris per suas consuetudines.*
4 *Falcem in messem alienam non licet mittere.*
5 *Honorem contra maiorem nemo præsumat.*
6 *Negligentia tam frequens est inter mortales sicut in homine oscitatio.*
7 *Præscriptio de sui natura inducitur contra negligentiam & desidiam.*
8 *Prælati inferiores regulariter non habent ea quæ sunt imperij quorum coertio leuis est.*
9 *Excommunicare est meri imperij & quando sit mixti imperij.*
10 *Qui dicantur inferiores.*
11 *Archipræsbiteri rurales Decani aliquando nuncupantur.*
12 *Inferioribus prælatis ab Episcopo iure ordina-*

rio an potest visitatio competere.

13 Inferior ab Episcopo potest præscribere in parte aliqua diœcesis iurisdictionem episcopalem tam in ecclesijs quam in cæteris.

14 Ecclesia dicitur pleno iure subiecta alicui, quando nullum ius Episcopus ibi exercet.

15 Inferior ab Episcopo aliquando habet æqualem iurisdictionem Episcopo.

16 Foranei officiales, an dicantur habere iurisdictionem ordinariam aut delegatam, & quare foranei dicantur.

17 Decani rurales censentur Vicarij foranei.

18 Consuetudo an valeat vt inferiores prælati cognoscant de homicidio, & de his quæ ad degradationem tendunt.

19 Inferiores prælati habentes ordinariam iurisdictionem possunt visitare.

20 Abbates possunt visitare & habent ordinariã iurisdictionem

21 Causas criminales nec matrimoniales inferiores etiam in visitatione non possunt audire idem dicendum de concubinarijs.

22 Inferiores prælati sunt onerosi & qualiter ad se

ſe trahunt iuriſdictionem.

23 Inferiores prælati permittuntur ne partes grauentur & quid contentionis inſurgat inter officiales ordinarios & inferiores. (ſtũ.

24 Omne quod eſt legitimũ quodãmodo dicitur iu-

25 Conſuetudinis autoritas non eſt parua circa tribuendas aut adimendas iuriſdictiones.

26 Conſuetudo præſcripta præbet iuriſdictionem.

27 Præſcriptio legitime introducta eſt propter publicam vtilitatem.

28 Per inferiores poſſunt præſcribi ea quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis veluti cognoſcere de cauſa matrimoniali & de alijs.

29 Abbatiſſa poteſt habere iuriſdictionem ſuper clericos de iure ſpeciali, non de iure cõmuni.

30 Inferiores, ſi acquirunt ſibi Epiſcopalia anſit contra ius.

31 Conſuetudo ſi eſt rationalis & nõ contra ius, ſufficit, vt ſit longeua licet præſcripta non ſit.

32 Cõſuetudo præſcripta fit de iure canonico cõtra ius ſpacio quadragĩta annorũ, ſecus ſi præter ius.

33 Conſuetudo illicita nõ dicitur, licet repugnet iuri niſi expreſſe inueniatur improbata à iure.

34 Consuetudo facit licitum, quod aliter erat illicitum.

35 Consuetudo repugnans iuri diuino est irrationalis.

36 Consuetudo potest priuatæ personæ tribuere iurisdictionem.

37 Consuetudo de inhabili persona facit habilem.

38 Consuetudinis appellatione indubio in materia stricta intelligitur de præscripta.

39 Consuetudo ante præscriptionem non dicitur, sed potius voluntas in ducendi consuetudinẽ.

40 Consuetudo vbi est contra ius, vel onerosa non extenditur.

41 Consuetudo laudabilis potest competere Archidiacono de facili & qualiter extẽdatur.

42 Consuetudo contra quam nihil est statutum illa est seruanda & an extendatur.

43 Consuetudo illa seruanda, quam maior pars seruat in diœcesi & in prouintia ad quam seruandam possunt cogi etiam ecclesiæ de nouo edificatæ nisi sit contra rationem.

44 Consuetudo consistens in præstationibus nõ est extendenda.

45 Consuetudo quando extendenda.

46 Episcopus si tacet an consentire videatur, Archidiaconum seu inferiorem visitare monasteria & habere iurisdictionem.

47 Consuetudo an inducat, vt Archidiaconus possit etiam visitare noua monasteria.

48 Archidiaconus sola præscriptione si niteretur visitare monasteria noua hoc facere non potest, nam non extenditur secus; si consuetudine.

49 Quæ dicta sunt de Archidiacono intelligenda sunt de Decano & de quolibet qui exercet prædicta iura.

50 Decanus si exercuit ex consuetudine præscripta seu ex priuilegio in vno monasterio visitationē ibi Archidiaconus non potest visitare, licet in illa diœcesi visitauerit consentiente Episcopo.

51 Decanus de consuetudine vel priuilegio habet ordinariam vel saltem potestatem fulminandi censuram.

52 Inferiores an possint determinare minora.

53 Archipræsbiter si vocet clericū ad residētiam,

si non venerit non potest illum priuare beneficio.

54 *Inferiores propter quid sunt inuenti.*

55 *Excommunicatio an valeat ante præscriptionem completam.*

56 *Clericus simplex non potest præscribere ius excommunicandi.*

1 ¶Inferiores superiorum gratia facti sunt Aristot. lib. 6. de partibus animalium.cap.10.

2 ¶Et potentioribus pares esse nõ possumus.leg.3.ff. de alienat. iudici mutãd. causa.

3 ¶Ideo inferiores non possunt tollere ius superioris per suas consuetudines, Ioan.Monach. quem refert & sequitur Dominic.in.c.pastoralis.n. 4. de cleric. Egrotant. lib.6.

4 ¶ Nec licet mittere falcem in messem alienam.c.cum ad verum .96.dist.

5 ¶ Vnde dicit sapiens contra maioré nemo præsumat honoré,aliquãdo vero contrarium fit propter negligentiam.

Quæ

6 ¶Quæ tã frequens est inter mortales sicut in homine ipsa oscitatio. Gometius in regula epilog. casuũ negligentiæ. 214.

7 ¶Ideo præscriptio de sui natura inducitur contra negligentem & desidem. l. fin. C. de Annali except. c. vigilanti. de præscriptionib.

8 ¶Prælati inferiores regulariter de iure communi nõ habent, ea quæ sunt imperij, nisi forte ea, quæ sunt de minori imperio, & minimo, & leuiter coercent. Item forte possunt excommunicare.

9 ¶Et excõmunicare est meri imperij, vt notat Innoc. in. c. transmissa. de electione & Hostiens. Nam in excommunicatione exercetur iurisdictio ex officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem, quandoq; tamen exercetur in fauorem priuatum, & tunc credo quod sit mixti imperij Abb. in. capit. quod sedem. num. fin. de officio ordinar. & dicit limitanda sic dicta Innoc.

10 ¶Qui autem inferiores dicantur seu qui sint vide glos. pen. c. 1. de censib. lib. 6

& glos.verb. Archipræsbiteri in extravag. Vas electionis de censib. inter communi. vbi habetur.

11 ¶ Quod Archipræsbiteri rurales Decani aliquando nuncupentur & est tex. in.cap.in capite distin.50.

12 ¶ His prælatis inferioribus ab Episcopo iure ordinario potest visitatio cõpetere. Dominic.in.c.1.§.hanc.autem. nu. 2.de censibus.lib.6. Milis, in suo repertorio super verb. Archidiaconus Stephanus Auffrerius decisione. 187. capell. Tholosanæ inhoc autem considera quæ dicta sunt in.§.præcedẽti:incipit Archidiaconi.

13 ¶ Præterea Prælatus inferior citra Episcopum potest habere iurisdictionem in clericos, etiam proprio Episcopo excluso. Nam in aliqua parte diœcesis talis inferior potest præscribere, & acquirere iurisdictionem Episcopalem, Abb. in. c. dilectis.n.3.de appellat.glos.1.in cap.pastoralis de officio iudic. ordinar. Licet Hostiens. teneat contrarium in. c. cum

contin

contingat de for.competent. Ita Abb.in d.c.paſtoralis. n.6. Item prælatus citra Epiſcopum poteſt præſcribere omnes eccleſias exiſtentes in certa parte diœceſis, quoad totale ius Epiſcopale, taliter quod iſte prælatus inferior & non Epiſcopus ibi iuriſdictionem exerceat Epiſcopalem.tex.in.c.auditis ibi pleno iure de reſtitut.in integrum.

14 ¶Nam tunc eccleſia eſt ſubiecta alicui pleno iure quando ius nullum Epiſcopus ibi exercet, vt notatur in. c. quoniam de priuilegijs. Abb.in. d. c. auditis de in integrum reſtitu.num.4.

15 ¶Item inferior Epiſcopo habet quandoq; iuriſdictionem æqualem Epiſcopo notat gloſ.verb.habentibus.clem.vnica de foro competen.vbi Cardin, numer.1 verb.per præmiſſa.

16 ¶Item officiales foranei an dicantur habere iuriſdictionem delegatam, an ordinariam. Innocen. Hoſtienſ.in. c. Romana de officio ordinarij. lib. 6. dicunt quod habent delegatam, & dicuntur fo-

ranei qui in certa parte diœcesis vel ad certos actus constituũtur glos. ante p.§ in clem.2.de rescript.Coua.praxi. c.4.n.7.
17 ¶Et quid dicendum de Decanis ruralibus dic quod Decani rurales cẽsentur vicarij foranei,addi. ad Abb. in capit.ad hæc de offic. Archidiac. vbi idem Abb. late declarat.
18 ¶Consuetudo vero an valeat quod inferiores prælati cognoscant de homicidio,& de omnibus quæ tendunt ad degradationem ordinis,& Collectar,in. c. literas de restit.spoliatorum dicit ꝙ curia approbat cõsuetudinẽ,ꝙ possint cognoscere de homicidio , & etiã de omnibus quæ nõ tendunt ad degradationẽ ordinis,refert & sequitur Ioã.Frãcis.Pauin. Tract.de officio & potestate cap. sede vacante.q.10.primæ partis princip.n.8.
19 ¶Prælati isti inferiores habentes iurisdictionem ordinariam possunt visitare Abb.in.c.cum apostolus,de censibus, c.in singulis de statu monachorum.
20 ¶Idem est dicendum de Abbatibus, qui

qui poſſunt viſitare. Nam habẽt ordinariam iuriſdictionem. Greg. gloſ. verb. de coſtumbre. l. 1. tit. 22. p. 1.

21 ¶Hodie tandem iudices iſti inferiores Decani, Archidiaconi, & ſimiles etiã in viſitatione non poſſunt audire cauſas matrimoniales nec criminales. text. eſt in Cõcil. Trident. ſeſſ. 24. c. 20. de ordin. iudicio. in beneficial. Nec etiam poſſunt cognoſcere de concubinarij in. d. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14.

22 ¶Iſti namq; inferiores prælati ſunt oneroſi & quaſi per alluuionẽ latenter ad ſe omnẽ iuriſdictionẽ trahũt, nã alluuio nõ percipitur, quia eſt latens incremẽtũ §. præterea inſt. de rerũ diuiſione tradit Domin. c. Roman. de offic. ord. lib. 6. n. 4

23 ¶Ideo iſti permittũtur ne partes grauẽtur labore & expẽſis. Sed maior eſt in cõmoditas quã vtilitas, ſcilicet per turbatio, & cõtentio, quæ ſtatim eſt in ianua inter huiuſmodi officiales inferiores & ordinarios, dicit tex. noſter ꝙ vbi conſueuerunt legitime viſitare.

24 ¶Aristote.lib. 5.æthic. c. 1. ait omne quod est legitimum, quodammodo dicitur iustum.

25 ¶Ideo consuetudinis autoritas nõ est parua circa iurisdictionis tribuendas, adimendas, aut etiam alterandas dicit Claudius Cantiuncula lib.2.c.5.n.fin.de officio iudic.

26 ¶In tantum hoc est verum, quia præscripta consuetudo iurisdictionem præbet glos.fin.c.accedentibus de excessib. prælatorum.

27 ¶Ideo legitime propter vtilitatẽ publicam præscriptio introducta est vt Couar.notat in regul.possessor.3.p.relectio in intio.n.1.de ista consuetudine legitima de qua tex.noster loquitur vide Anton.de Butrio.in. d. c. accedentibus de excessib, prælat.n.2.& num.9.

28 ¶Vbi Abb.n.2.dicit quod ea quæ sunt dignitatis Episcopalis vt cognoscere de causa matrimoniali, & de alijs possunt præscribi per inferiores.

29 ¶In tantum quod Abbatisa potest habere

bere iurisdictionem super clericos de iure speciali non autem de iure communi idem Abb.in.c.dilecta.eod.titul.

30 ¶Item Archidiaconus & alij inferiores Episcopo si acquirunt sibi episcopalia, an sit contra ius, videnda est glos. magn.in.c.1.de præscription.lib.6.

31 ¶Vbi vero consuetudo rationabilis est, & non contra ius suficit vt sit lõgeua, licet quadraginta annis præscripta non sit, glos.verb. consuetudo. c. cum in tua de consuetudin.lib.6.& glos.1.in.c. vt litigantes de officio iudic.ordin. eod. lib.

32 ¶Consuetudo enim præscripta secũdum ius canonicum fit contra ius spacio quadraginta annorum. Si vero esse præter ius suficit quod sit decem annorum glos.verb.præscripta.tit.de causis.§ statuit.1.pragmat. sanct. thom. 2.col.1.

33 ¶Idcirco Lapus allegatione.101. quẽ sequitur Abil.c.7.prætorum in fin.nu.5. dicit quod non dicitur statutum vel cõsuetudo illicita licet repugnet iuri positiuo, vel naturali mutabili, nisi expresse in

ueniatur improbatam àiure allegat.l.ius ciuile &. l. omnes populi.ff.de iustic. & iur.& dicit videndum, quod notarur in l.nec pignus & in.l.nec ex prætorio, ff. de regul.iur.& ideo dicit.

34 ¶Lap.quod consuetudo facit licitum quod aliter erat illicitum,quia immutat iuris cōmunis dispositionem allegat autenticam de defenso. ciuit. §. præcepta vero coll.3.

35 ¶Secus si repugnaret iuri diuino quia tunc esset irrationabilis,quæ corruptela vocatur,& ita loquitur.c.vltimo de con suetudine.

36 ¶In tantum hoc habet verũ quod cōsuetudo etiam pœnitus priuatæ personæ potest tribuere iure publico iurisdictionem Bald.in consil. 289. in pr. sequitur glos.pragm.Sanct.vbi supra,col.2.

37 ¶Et est tante virtutis ipsa consuetudo quod de persona inhabili, idest incapaci,facit habilem & capacem.l. 1. C. de Emancip.lib.capit.dilecti filij, de arbitris, & de illicito facit licitum Archidiac.

chidiac.in.c.ſanctum.63.diſtin.
38 Et indubio appellatione conſuetudinis præſertim in materia ſtricta, intelligitur de præſcripta, tex.& ibi.doct.in.c.Cumana de election.vbi Abb.n.4.& in.c.generali eod.tit.lib.6.Feder.conſil.86.
39 ¶Ideo Bald.in.c.1.defœud.cog.in vſib. feud.dicit quod conſuetudo antequam ſit præſcrita non dicitur cõſuetudo, ſed voluntas inducendi conſuetudinẽ add. ad Abb.in.d.c.Cumana, de election. vbi quærit remiſsiue an de iure ciuili conſuetudo debeat eſſe præſcripta allegat Iaſſ. poſt Bart. in. l. de quibus, ff. de legibus. Sed latius per Rochum.Curtiũ in repet. capit.fin.de conſuetudin. verſ. ſecundũ requiſitum.
40 ¶Nota etiam quod Innoc.in.cap.fin. de offic. Archid.dicit quod vbi conſuetudo eſt contra ius, vel oneroſa, non eſt extendenda allegat.capit.cum contingat &.cap.tua de decimis.Et talis cõſuetudo nõ eſt extẽdẽda ad alia iura.c.2.de capel.monachorũ.c.auditis depræſcrip.
Nec

Nec extēditur ad alias ecclesias vel personas.c.omnia.12.dist.cap.catholica. 11. distin.

41 ¶Si vero consuetudo sit laudabilis, & quæ iuuetur ratione,& quod sit super re concessibili,quale est in Archidiacono, in monasterijs quod de facili debet Archidiacono concedere,vt in alios sua onera partiatur allegat.c.fin.de cleric.peregrin.

42 ¶De qua vel cōtra quam nihil sit statutum illa seruanda est & extendēda ad alias ecclesias non ad alia iura allegat hic vt supra.ca. cum ecclesia vulterana, de electione.c.in his.11.dist.c. quæ contra.12.distin.c.consuetudo.8.dist.c.sopite de censib.

43 ¶Et intelligit Innoc.sufficere si maior pars ecclesiarum vel personarum eiusdem conditionis seruet illam consuetudinem.l.pen.ff.de iust.& iure & in.d. ca. sopite.de censib.Et intelligit non solum de ecclesijs eiusdem diœcesis sed etiam eiusdem prouinciæ. Et in tātum hoc est

verum, quia si certum sit eas non seruare consuetudinem, tamen cogi debent eã seruare, quod ex eo apparet quia ecclesiæ de nouo edificatæ ad illud tenentur allegat.c.super eo de censib. c. cum olim de cõsuetudin. Et dicit idem quod alij dicunt, in his quæ sunt iurisdictionis vel iurisdictioni annexum, fieri prorrogationem de personis ad personas, dummodo pars maior vtatur, l.pen.ff. de iustic.& iurc.l.quod maior.ff.ad municipales.l.ad testium.ff.de test. Nisi consuetudo esset introducta contra rationem. l. quod non ratione, ff.de legibus.

44 ¶In alijs autem quæ cõsistunt in præstantionibus,& consimilibus, non est extendenda consuetudo, allegat tex.in.d. c.fin.de offic.Archidiacon.& argumentatur de lege venditor.§.si constat, ff, cõmunia prædio. Sed ibi non dicitur extensio, quæ est contra vnam rem tantum.c. sopite, de censib.cum suis concord. Non obstat quia ea præter cõsuetudinem debita erant de iure, nunquam tamen est

rest rin-

restringenda ita consuetudo vel priuilegium vt vna res diuerso iure censeatur, allegat.c.cum in tua de decim.c. cognouimus.12.q.2.

45 ¶Item similiter fit extẽsio in his quæ pertinent ad alium de iure communi allegat.cap.1.de religiosis domibus.Sed mirum videtur quod negligentia vnius obest diligenti,qui non permisit cõtra se consuetudinem induci, vel præscribi, contra illud nã res inter alios acta.&c. vbi in.c.per totum titul. Respõdeo hoc quod hic dicitur nõ obest vel modicũ ob esset monasterio Sancti.P.quia iura quæ hic petebantur,vel Episcopus,exercebit in.d.monasterio vel Archidiaconus,vel alius loco Episcopi,& sic nihil monasterio præiudicat,vel modicum sed Episcopo dignum est vt præiudicet.

46 ¶Quia tacite consentire videtur quod Archidiaconus iurisdictionem Archidiaconalem habeat in monasterijs, cum videt & non contradicit, argum. capit.2.de consuetud. leg.de quibus, ff. de legi-

de legib. Nam expreſſe ſi vellet poſſet concedere ipſi Archidiacono vt perpetuo illam iuriſdictionem in monaſterijs faceret. Nam cum ipſe Epiſcopus iuriſdictionem Archidiaconi habeat per miſſam, vel melius ſcilicet quam Archidiaconus petebat tanquam Archidiaconalem eam alij concedere poſſet, ſalua ſolẽnitate debita, cum eam conferre non prohibeatur. Et cum omnia monaſteria quæ ſunt eiuſdem conditionis, debeant eodem iure cenſeri, vel potius iuriſdictio quæ eſt in monaſterijs eiuſdem conditionis allegat. capit. cum intua, de decimis, & capit. cognouimus 12. quæſt. 2. ſatis per conſequens videtur quod ex quo Epiſcopus concedit tacite quod habeat prædictam iuriſdictionem in alijs Abbatijs, quod etiam habeat & in iſta Sancti. P. argum. prædictorum. Sed hæc intelligo vera, ſi ipſe Epiſcopus vel Abbas, vel quis alius in hoc monaſterio, nullum de prædictis iuribus ibi exercuit, quia ſic interrupta

eſt

est præscriptio, vt notat. Aliàs item quia si exercuit, tunc videtur & præsumitur, quod nolit Episcopus in hoc monasterio Sancti. p. prædictam iurisdictionem, scilicet eorum quæ interdum exercuit, concedere Archidiacono, & propter hanc rationem dicerem quod si Episcopo nesciente prædictam iurisdictionem exerceret, quod nõ induceretur argu. c. 1. de consuetudine & dicit idem Innoc.

47 ¶ Sed oppones noue & si sustinuit, quod in vno monasterio tantum exerceat prædictam iurisdictionem, videtur tacite consentire quod eam habeat etiã in alijs monasterijs. Resp. non quia tunc ratione præscriptionis potest in illo monasterio prædictam iurisdictionem vendicare, etiam si Episcopus consentit tacite, & etiam si nesciuit, & non ratione cõsuetudinis præscriptæ nec impositæ, nec in ipso, nec in alijs. Sed quando in pluribus consentit tacite tunc etiam videtur consentire in alijs, vbi non exercuit quæ tamẽ eodẽ iure censetur argum. præd. c.

Et

Et hac ratione, quia non tantum ratione præſcriptionis, ſed cõſuetudinis præſcriptæ hoc in nititur.

48 ¶ Poſſet autem dici quod hæc conſuetudo extenditur ad noua monaſteria, ſcilicet quod Archidiaconus in eis habeat iuriſdictionem, arg. c. ſuper eo, de cẽſib. c. cum olim. de conſuetudine. Si autem ſola præſcriptione niteretur, tunc ad noua monaſteria non extenderetur. Quidam tamen nullam differentiam facientes inter conſuetudinem præſcriptam & præſcriptionem dicunt, quod etiam ſi in omnibus monaſterijs exercuit prædictam, nõ tamẽ exercebit in nouis monaſterijs. i. de nouo ædificatis arg. præd. decreti. c. cum contingat. de decim. Nec obſtat, quod elicitur in. c. cognouimus, 12. q. 2. vbi dicitur, quod etiam noui redditus iure veteri cenſentur, quia non ſtatuitur ibi, quod Epiſcopus de nouis redditibus partem ſuam ſoluat clericis, quia de veteribus ſic ſoluit, ſed quia de iure communis ſolui debet. Item non eſt con

tra.c.super eo.de censib.&c. c. cum olim de consuetudin.quia ibi loquitur de his iuribus,de quibus nihil est certum in iure statutum. Vnde dignum est, quod in eis seruetur consuetudo antiquarum ecclesiarum eius prouinciæ,vel etiam vicinæ,argu.c.diuturni omnia &c.c.sequenti 12.distint.

49 ¶Quod Archidiaconus prædicta exerceat in monasterio cõtra ius est. Sed Innoc.dicit quod ea quæ dicta sunt de Archidiacono,etiã sunt intelligenda de Decano,vel quolibet, qui prædicta iura exercet, cũ neuter vtatur iure cõmuni.

50 ¶Item prædictis rationibus dicimus quod si in hoc monasterio sancti Pauli Decanus ex priuilegio vel consuetudine præscripta iura prædicta exercuerat, in alijs autã Archidiaconus,licet in omnibus alijs exercuerit Archid. cõsentiente Episcopo:tamẽ nõ exercebit in hoc monasterio sancti Pauli, etiã si toto tẽpore quo Archidiaconus præscripsit prædicta iura in alijs monasterijs.Decanus in mo

nasterijs sanct.P.nõ exercuit,&hoc satis probatur ex litera.d.c.fin.de offic.Archi diac.vbi dicitur in huiusmodi Abbatis, cũ non sint similes si ad diuersos ibi iuris dictio pertinebat.Itẽ dicimus quod si ageretur de alijs iuribus videlicet quod ab omnibus alijs monasterijs cõsueuit habere decẽ solidos,annuatim vel certam partẽ oblationum nõ tamẽ propter hoc habebit in monasterio sanct.P.quia diligẽs fuit,& est cõsuetudo onerosa & præter ius.Itẽ quæritur vnde est hoc quia si Episcop. Archidiacono in omnibus alijs hoc expresse concessisset,non tamẽ propter hoc haberet in monaster.sanct.Pauli,tamen propter consuetudinẽ hoc obtinet.Respõdeo,quia quãdo concessit de aliquibus specialiter,de alijs prohibuisse videtur,alleg.c.disciplin.45.dist.c. ad audientiã,&.c.ex parte,de decimis. Sed in cõsuetudine q̃ omnibus tacite cõsentire videtur.Quæ aũt sit iurisdictio Decani.l. 3.tit.6.p.1.&glos.verb.Decano.c.dilecto filio de sentent.excommunicar.dicit.

51 ¶Decanus de consuetudine vel priui-legio habet ordinariam vel saltem potestatem fulminandi censuram, & sic possunt inferiores determinare minora, quam iurisdictionem habeat Decanus glos.verb.Decanus Prag.Sanct.tit.quomodo diuin.offic.sit celebrandum.§.super his debite.tom.2.glos.fin.c.fin.de officio Archipræsbit.Alias tex. in.d.c. fin. esset sibi contrarius secundum Hostiens.

52 ¶Vnde dicebat Innoc.quod terminabit minora secundum ordinationis Episcopi vt dicit Abb.in.d.c.fin.num.1.

53 ¶Quod si Archipræsbiter vel plebanus vocet clericum ad residentiam & si non veniat,nõ poterit illum priuare beneficio,quia cum agitur in figura iudicij solusEpiscopus est iudex clerici,allegat. c.de persona.10.q.1.Et hoc est verum nisi ad ipsum spectet destitutio de iure speciali,allegat.c.Relatum de clericis non residẽtib.&.c.qualiter de election.idem Abb.in.cap.cum cõtingat de foro competent.

54 ¶Isti inferiores inuēti sunt nam sicut Episcopusmatrici ecclesiæ præest ita isti præ sint plebibus, vt in nullo titubet ecclesiastica solicitudo.c.fi.de offic. Archi præsbiteri.

55 ¶Quid erit si quis excōmunicat, ante completam præscriptionem, an talis ex communicatio teneat vide Ioan. Andr. in.c.auaritiæ de electione lib. 6. col. fin. vbi refert disputationem Fratris Vberti, an sola possessio sine præscriptione det potestatem excommunicandi, & distinguit an possessio sit proprio nomine an vt prælatus, & si datur proprio nomine nō tenet excōmunicatio. Si vero vt prælatus & caret bona fide vel titulo qui saltem det causam præscribendi, & idem erit: si vero vtrumq; habeat dicit tunc excommunicationem ligare, ita tamen si per eam non frangatur terminorum limitatio, vt in.c.super eo de parroch. & ad ista dicta se remittit Abb.in.c.olim in terte.col.4.de restitut.spoliat. sequitur, glos.verb.costumbre.l.7.tit.9.p.1.

 ¶Vbi dicit q simplex clericus nō potest præscribere ius excōmunicādi, allegat Abb. vbi sup. vltimo si vis videre quæ iura Episcopalia per inferiorem possunt præscribi, vide Francisc. Balb. tract. de præscriptionib. 1. p. 5. partis princip. q. 11. vbi latissime videbis an inferior Episcopo possit contra Episcopū præscribere.

IN VERBIS

Debeant quidem assumpto notario, de consensu Episcopi, deinceps per se ipsos tantum ibidem visitare.

1 *Debeo regulariter importat necessitatem*

2 *Debeo quando non importat necessitatem*

3 *Iudices habere debent notarium qui fideliter acta conscribat.*

4 *Notarium sacerdotem potius debet habere visitator quam secularem.*

5 *Coniugi non possunt, quibus studia sunt diuersa.*

6 *Layci clericis opido sunt infesti.*

Princi-

7 *Principes & domini temporales possunt creare notarios.*

8 *Consuetudo immemorialis an sit necessaria ad creandos notarios.*

9 *Notarius creatus per inferiorem à principe non potest vbi instrumenta conficere.*

10 *Notarius vnius comitatus potest conficere contractum in alio commitatu volente domino illius comitatus.*

11 *Prælati in eorũ iurisdictione seu spiritualibus pertinẽtibus ad eos poßũt tabelliones creare.*

12 *Consensus Regis aut Episcopi quãdo requiritur si sunt absentes extra prouinciam, sufficit cõsensus vicariorũ illorũ qui aliàs nõ sufficeret.*

13 *Absens & præsens non consentiens equiparentur.*

14 *Non improbare rati habitio impar est.*

15 *Consensus vbi est præstandus ab eo qui habet officium publicum debet præstari per modum autoritatis.*

16 *Consensus præsumitur eße de substantia.*

17 *Consensus debeat præcedere, vel satis sit quod sequatur.*

Circa

30 *Circa maiora cautius est agendum.*

31 *Discretio circa minora si requiritur, fortius circa maiora.*

32 *Legislator satis est quod prohibeat aliquid simpliciter.*

33 *Visitator non habet plus iuris quam per canones exprimantur inferiores.*

34 *Transgressores huius capit. an incidant in pœnam.*

35 *Ordinarius inferior Episcopo an poßit sibi constituere Vicarium.*

36 *Archidiaconus cui cōmissa est ab Episcopo inductio in possessionem beneficij, potest eam possessionem alteri subdelegare.*

37 *Inferiores Episcopo tenētur seruare quæ in isto cap. sunt statuta aliter sunt in dolo.*

38 *Iudices si non seruant statuta Principum puniuntur.*

39 *Bonum consistit in ordine.*

40 *Ordo vbi non est ibi est confusio.*

41 *Paria sunt contra legem facere, & facere sine lege.*

42 *Lege quod nō cauetur in practica non habetur.*

1 Istud verbum debeo, regulariter importat necessitatem.l.prætor in principio.ff.de edendo.l.1.§.ff.quodquisq; iur. notat Bart.in.l.3.C.de pignoribus glos. verb.debent.c.proposuit de appellat. & istud est ex propria significatione istius verbi, vt glos, verb.debeant clem.attendentes de statu regul.
2 ¶ Aliquando importat honestaté. c.1 de despons. impuber, allegat Abb.in.c. adhæc, de dolo & contum.n.7. Vbi add. dicit nisi forsam exforma statuti quis deberet iudicare ex consilio sapiẽtis, quia tunc non tenetur de necessitate sequi tale consilium allegat Bart.in.l.bonorũ, ff.de bon.poss.tit.generali. Item etiã ratione subiectæ materiæ non dicit necessitatem: & tunc stat improprie vt glos. in.cap.1.25.quæst. 1. & allegat Philip. in cap.proposuit de appellation. Quando q; sumitur pro potest, allegat Bart. in. l. obseruare in princ.ff. de offic. pro cõsu. &.l.Plautius.ff.de proc.& in.l.sepe,& ibi per Alexand. ff. de offic.præsid.& vide

de Ioan. Andr. in.capit.fin. de iur.calumn.

3 ¶Aſſumpto notario, iudices habere debent notarium qui fideliter cuncta proceſſus,&omnia acta viſitationis conſcribat, gloſ. verb. Notarij in Pragma. Sanct.tom.1.l.ſi librarius & ibi Bart. & Alexand.ff.de re iudic.Plura ſunt nomina notariorum de quibus gloſ. in Rubri. C.de tabularijs ſcrib.lib.10.& ibi Platea & Luc.de penn.

4 ¶Et debet Viſitator procurare vt notarius ſit ſacerdos,non ſecularis, ne laycis pate fiant ſecreta Clericorum.c. vt iuxta de offic.ordin.

5 ¶Quia coherere & coniungi bene poſſunt,quibus ſtudia ſunt diuerſa.c.in noua.19.quæſt.7.nam non arabis boue & aſino Deuteronom.c.22.

6 ¶Et opido in feſti ſunt layci clericis, c.laycos.2.q.7.&.c.clerici de immunitatem eccleſiarum lib. 6. Neq; concordat bene cithara cum pſalterio.c.diuerſis de clericis coniugatis.

Quibus

7 ¶Quibus datum est notarios creare, dic quod principibus dominisq; temporalibus in suis terris. Inno. in. c. pen. de fide instrumentorum, Bart. in. l. Barbarius ff. de officio præsidis, & in. l. non aliter. ff. de adoptionibus, notat Palatios Ruuios in Rubrica de donation. inter virum & vxor. verb. sic item videtur mihi. n. 20.

8 ¶Et an consuetudo in memorialis sit necessaria, ad creandos tabelliones tradit Grego. Lopez Scolia otorgasse. l. 3. tit. 19. p. 3. Sed Nuñez de Auendaño de exeq. mandatis, reg. p. 1. c. 10. num. 3. dicit quod suficit habere consuetudinem quadraginta annorum.

9 ¶Notarius tamen creatus per inferiorem à principe non potest vbiq; instrumenta conficere, Didac. Perez. l. 2. tit. 5. lib. 2. ord. allegat. glos. in. c. Abbate sane, de re iudic. lib. 6. & Bart. in. l. 1. C. de Sum. Trinit. ideo notarius creatus per alium quam per Papam vel Imperatorem nõ facit instrumentũ extra territoriũ creãtis. Rot. nou. de fid. instrumen. decis. 5.

Notarius

10 ¶Notarius vero vnius comitatus potest facere contractum in alio comitatu volente domino illius comitatus. Andr. in præluд.fœud.in.3.quæſ.ſequitur Rob. Mar.diſputatione.2.n.15.idem de ordin. iudiciorum.p.3.n.104.

11 ¶Et dicit Spec. quem refert F elin. in c.cum.p.tabellio.de fid.inſtrum.num.4. quod prælati in eorum iuriſdictione ſeu ſpiritualibus pertinẽtibus ad eos, poſsũt tabelliones creare,idẽ Stephan. Aufrer. tract.de poteſt.Eccleſiæ ſuper laycis. q. 35.n.27.&debet fieri de cõſenſuEpiſcopi

12 ¶Archidiac. in.c.Reatina. 63.diſt. dicit fuiſſe obtentum,quod quando cõſenſusRegis requiritur autEpiſcopi ſi abſentes ſint extra prouinciam ſuficit conſenſus vicariorum illorum qui alias non ſuficeret,quod placet Bald.in.c.cum venerabilis de conſuetudine,& eſt de mente Iaſſ.in.l.in prouinciali.§. ſi ego.num. 6. ff.de nou.operis nunciat.

13 ¶Sed abſens & præſens non conſentiens equiparantur,vt notatBald.in.leg. fin.

fin.C.de bonisq; liber.col.1.Item absens non videtur consentire, sed contradicere. Idem Bald.in.l.si quis.col.vltim.vers. dubitatur hic. C.de testib. Iudic. cum Bart.in.l.si cum dotem.§.eo tempore.ff. soluto matrim. quod non habetur pro contradicente, nisi expresse contra dicat, de quo vide eundem Bart. in. l. quæ dotis.col.6.eod.tit.

14 ¶ Et nõ improbare rati habitioni par est.glos.in.c.rati habitionem de regul.iuris in.6.Paul.de Castro in.l.interdum.ff. rem ratam habere.

15 ¶ Et vbicumq; consensus est præstandus ab eo qui habet officium publicum, debet præstari per modum autoritàtis, dicit Barb.in.cap.dilectus.numer.13. de consuet.

16 ¶ Et consensus semper præsumitur esse de substantia, vt notat Bald.in.l. fin. §. necessitate.numer.16.allegat Archidiac. in. cap. Episcoporum.18.dist. vide Bart.in repet.l.1.§.si plures.ff.de exercitor action.

Quæro

17 ¶Quæro etiam an conſenſus debeat præcedere, vel ſatis ſit quod ſequatur. Bart.in.l.ſi autem plures.ff.de aqua pluuiali arcend.dicit.

18 ¶Quod quando diſpoſitio requirit iuſsũ, tunc debet præcedere, & nõ ſequi.

19 ¶Autoritas autem debet adhiberi in ipſo actu in continenti ante vel poſt, cõſenſus vero poteſt præcedere vel ſequi.

20 ¶Sed licentia debet præcedere & ſimiliter conſilium gloſ.verb.ante omnia clem.vnica de for.compet.

21 ¶Et an iſta differant interſe, de conſenſu, vel cum conſenſu, vel ex conſenſu, vide plene in reg. nullus ex conſilio de regul. iur. lib. 6. in mercurial. & per Federicum conſil. 204. incipit Vicarius domini Epiſcopi, & notat in.capit. ne pro defectu, & capit. cum inueteri: de electión, & capit. cum olim de arbitris.

22 ¶Dictio namq; de cauſa proxima & materialem denotat Bart.in.d. §. ſi plures.n.4.ff.de exercitor actio.

Con

23 ¶Consensus Episcopi debet esse expressus, quia requiritur pro forma, quia in formalibus tacitus non suficit, vt in. c. statutum. §. in nullo quoq; de rescript. lib. 6. Et facit quod tradit Lud. Gomez in regul. de impetrantibus beneficia vacantia per obit. famil. Cardina. q. 11.

24 ¶Et iste consensus inuẽtus est ad executionem vt notat idem Gomez in regul. de infirmis resignantibus infra vigin ti dies. q. 12.

25 ¶Quid erit dicẽdum si Episcopus non vult præstare consensum sine causa rationabili, an habeatur pro præstito, & isti inferiores posśint visitare, vide Abb. in c. quoniam. n. fin. de vita & honest.

26 ¶Debent etiam considerare Archidiaconi Decani, & alij inferiores quod hodie visitent per se ipsos tantum.

27 ¶Nam consuetudo non extenditur de vno casu ad alium Barb. in. c. cum trã slationem. num. 73. de officio legat. allegat Bart. in authen. qui rem. C. de Sacro sanct. ecclesi.

Vbi

18 ¶Vbi dicit quod consuetudo & præscriptio non extendunt se vltra id quod agitur, allegat.l.1.§.3.ff.de itinere actuq; priuato & voluit. Cyn.in.l. 1. C. quæ sit longa consuetudo in.4. oppositione, & Inno.in.c.pastoralis,de decim.vbi dicit.

19 ¶Quod quidam præscripsi ius visitandi certum locum per se ipsum, & ita visitabat,postea impeditus volebat visitare per substitum,opponebatur quod nõ poterat visitare per illum nisi per se ipsum refert fuisse obtentum in Cancellaria Papæ,quod non potuit, & motiuum iudicantis fuit quia præscriprio seu cõsuetudo non extenditur,nam vno exprohibitis permisso,non videntur permissa reliqua prohibita.Ista namq; permisio est causata consuetudine,quæ non extenditur de iure ad ius,vt probat.Cardin.in.d. c. quod translationem,allegat. c. fin. de offic. Archidiac. quem dictum colligit etiam Abb.in.d.c. quod translationem, nullam faciens mentionem de dict.Cardinal.Et sic præscriptio vnius exprohibi

tis seu reseruatis non extenditur ad alia prohibita seu reseruata, licet sint eiusdẽ naturæ, & sic consuetudo non extenditur de vno casu ad alium, licet sint eiusdem naturæ, vt Innoc. in. c. dilectus de capell. monach. & Bart. in. leg. 1. §. 3. ff. de itinere actuq; priuat. Ideo fœliciter. tex. noster dicit, per se ipsos tantum, quia cũ in istis maius periculum vertitur, ideo non vult per alios fieri.

30 ¶ Quia circa maiora cautius est agendum, vt in. c. qui escamus. 42. distin. cap. nuper. 7. quest. 2.

31 ¶ Si enim in minoribus adhibẽda est discretio, fortius in maioribus. l. 1. §. 2. ff. de Carboniano edic. glos. verb. periculum, in. d. c. quiescamus. 42. dist. Si vero ordo huius tex. non seruatur, an possit fieri visitatio, videtur quod nõ glos. verb. cognitione cap. fin. de suplend. neglig. prælat. lib. 6.

32 ¶ Suficit enim legislatorem aliquid prohibuisse, & si non adijciat, quod fuerit factum in contrarium nihil valeat.

l.non dubium.C.de legibus.
33 ¶Nã Visitator nõ habet plus iuris quã p canones exprimatur.Dom.in.c. Ecclesiæ de supplend.negligẽt.præl.n.11.lib.6
34 ¶Transgressores huius capit.in quam pœnã incidant.glos.verb. in hibemus.c. generali de election.& lecti potest.lib.6
35 ¶Quæro etiã an ordinarius inferior Episcopo possit sibi constituere Vicariũ glos. verb. Diaconus, de officio primicer.c.1.& glos.in.c.per lectis,25.dist. notat add.ad Abb.in.cap.postulasti de rescript.verb.Vicarium.
36 ¶Archidiaconus autem cui cõmissa est ab Episcopo inductio in possessionẽ beneficij potest eam possessionẽ alteri subdelegare.Rota in nou.de offic. delegati decis.14.in summa.
37 ¶Nota quod vt inferiores isti possint visitare,tenẽtur seruare ea quæ in isto decreto statuta sunt:aliter in dolo est ille, qui negligit illud ad quod ex natura actionis tenetur.Bonus tex.in.l.dolus.ff.mandati, refert Gomez in Epilogo casuum

negligentiæ, caſ.169.

38 ¶Et iudices negligentes non ſeruantes conſtitutiones principum puniuntur.l.1.§.fin.ff.de falſ.Debes facere prout ordinatum eſt.

39 ¶ Nam dicit Auguſt. Bonum conſiſtit in ordine prout refert. Luc.de penna.in.l. 2. circa principium. C. de prox im.ſacrar.ſcrini.lib.12.

40 ¶Et vbi non eſt ordo ibi eſt confuſio Ioan.Neuizan.in ſilua nuptiali in princip.num.9.allegat Roch.de curt.de conſuetud.cart.27.

41 ¶Et Paria ſunt contra legem facere, & facere ſine lege. Bal. in. capit. in Geneſi. colũ. fin. de electione. quem refert Gomez. regul. de Annali poſſeſſore. queſt.52.

42 ¶Vbi dicit quod lege non cauetur, in practica non habetur, allegat eũdem Bald.in.cap.nihil de electione.

IN VERBIS

Visitatores etiam à capitulo deputandi, vbi capitulum ius visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur: sed non ideo Episcopus, vel eo impedito, eius Visitator easdem ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur, cui ipsi Archidiaconi, vel alij inferiores, visitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur.

1 *Capitulum ex consuetudine potest visitare.*
2 *Capitulum est capax iurisdictionis.*
3 *Capitulum si aliquam potestatem aut iurisdictionem habet salua & intacta relinquatur.*
4 *Capitulum quid importat.*
5 *Collegium seu vniuersitas constituit vnum corpus, cuius prælatus dicitur caput.*
6 *Collegium esse qualiter cognoscitur. & quid debeat habere.*
7 *Episcopus & capitulum proprie faciunt vnum*

corpus & qualiter copulantur.

8 Appellatione capituli non continetur proprie Prælatus.

9 Capitulum quando fiat, & cum quibus.

10 Congregatio fit ex duobus.

11 Collegium fit ex tribus & quando ex duobus.

12 Collegium quid sit, & si caret capite quis censeatur caput.

13 Capitulum potest iudicare super causa matrimoniali & quando.

14 Causa matrimonialis potest tractari per inferiorem Episcopo ex consuetudine præscripta.

15 Capitulum & Decanus Parisiens. habent iurisdictionem simul in singulos ministros & Canonicos & Dignitates.

16 Capitulum & Decanus Parisiens. deponunt verbaliter clericum & perpetuis carceribus mancipant.

17 Capitulum sede vacante an poßit visitare diœcesim vel prouinciam suam.

18 Verbum destituere quid significet.

19 Procedendum qualiter sit in inquisitione & visitatione contra certas personas & loca.

Visitator

20 Visitator capituli sede vacante recipiendus & admittendus, vbi de proximo nõ expectatur Episcopus.

21 Capitulum sede vacante eligit economum & Vicarium.

22 Capituli Vicarius non potest visitare ex generali mandato.

23 Capitulum Metropolitanum vacante sede poterit, & debet singulis annis conuocare synodũ tam prouincialem quam diœcesanam, quæ est præparatoria ad visitationẽ & quid in ea fit.

24 Visitatores possunt per diœcesim confeßiones audire suffraganeorum.

25 Visitatores poterunt conferre confessoribus casus reseruatos Episcopo.

26 Absolutio ab excommunicatione est reseruata Episcopo.

27 Capitulum sede vacãte succedit in his quæ sunt neceßitatis, ne defectu superioris periculum animis inferatur.

28 Parrochiales Præsbiteri vbi non sufficiunt, an poßint conuocare monachos in adiutorium ad confeßiones audiendas.

29 *Inferiores Prælati an poßint delegare curam parrochianorum ad modicum tempus.*

30 *Capitulum dum visitat poterit exigere procurationem.*

31 *Capitulum sede vacante an poßit visitare monasteria monialium exempta, quæ potuißet visitare Episcopus viuens autoritate appostolica.*

32 *Verbum debeant, imponit neceßitatem.*

33 *Capitulum sede vacante in quibus nõ succedat, & an succedat Episcopo in his quæ cõpetunt iure speciali.*

34 *Capitulum sede vacante an succedat Episcopo in his quæ Episcopus cognoscit tanquam delegatus.*

35 *Visitatores à capitulo deputandi prius ab Episcopo approbantur.*

36 *Capituli visitatores vbi habent ius visitandi si prius non approbentur ab Episcopo, an processus factus ab eis sit nullus.*

37 *Exclamatione vti in principio conueniens non est.*

38 *Episcopi à visitatione nõ excusantur quouis impedimẽto.*

Episco

39 Episcopus potest seorsum visitari easdem ecclesias.

40 Reipublice interest admittere quam plurimos ad defendendam suam causam.

41 Custodum multitudine regio conseruatur.

42 Piedra sobre piedra à las nuues llega.

43 Episcopus non potest infringere facta per Episcopum prædecessorem.

44 Economus si habet liberationem quæ vulgo dicitur finiquito, quando compellatur iterum ad rationem reddendam suæ administrationis.

45 Ratio quando dicatur non reddita sed potius confusio.

46 Rationum redditio ad quid fuit inuenta.

47 Libros rationum qui non habet videtur in dolo.

48 Archidiaconi & alij inferiores tenentur reddere rationem suæ visitationis Episcopo.

49 Exactores ad quid teneantur.

50 Archidiaconi & aliorum inferiorum officium quid sit, & num. 52.

51 Archidiaconi sunt septem ab apostolis electi & instituti.

53 Archidiaconi loco Diaconorum successerunt.

Monito

68 *Monitoriæ generales leguntur in ecclesia mandato Visitatoris ad propalandam veritatem propter quas contumax excõmunicantur.*

69 *Stilus erroneus iudicum dicentium in monitorialibus, quod debent propalare iudicialiter, nam boni viri solent tacere quod probare non possunt.*

70 *Prælatus non debet esse solicitus plus debito in inquirendo.*

71 *Depositiones testium ex duobus constituuntur, ex dicto & iuramento.*

72 *Acta scribuntur in causis vt veritas habeat locum, & falsitas aboleatur.*

73 *Acta in scriptis sunt reducenda, aliàs non valent nisi sint breuiores, nam tunc non requiritur scriptura.*

74 *Depositiones testium Visitatoris tenentur exhibere Episcopo, & acta integra.*

75 *Notarius si dicat nullum originale fecisse an possit puniri pena periurij.*

76 *Notarius si dicat se amisisse acta non tamen probat casum amissionis potest torqueri.*

1 ¶Capitulum ex consuetudine potest visitare. Imo & de iure ordinario secundum Domin. & doct. in c. pen. de supléd. negligẽtia prælat. lib. 6. notat glos. verb. per alios extrauag. Vas electionis, de cẽsibus inter commun.

Et

2 ¶Et merito nam capitulum eſt capax iuriſdictionis Domin.in.c.1.de maior,& obedient. lib. 6. allegat. c. irrefragabili de offic.ordinarij. c. cum contingat de foro competent.

3 ¶Et in tantum hoc habet locum & procedit quod ſi poteſtas ſeu iuriſdictio aliqua competit capitulo,omnino intacta relinquatur ab Epiſcopo. Concil. Trid.ſeſſ.25.c.6. poſt medium.

4 ¶Sed debes aduertere importantiam huius nominis capituli vniuerſitas quid importet,capitulum, collegium, ſocietas,cetus,congregatio,populus,conuentus,& ſimilia nomina dicuntur collectiua,& conſtituunt corpus vnum miſticũ, quod ſumitur aliquando large,aliquãdo vero proprie & ſtricte, large autem ſumitur cum dicimus & appellamus fideles vnum corpus,ſiue vnam eccleſiam, per fidem,& charitatem, & perfectionẽ gratiæ.c.2.de ſumma Trinitate & fid. cũ ſimilibus cuius corporis caput eſt Chriſtus,c.ponderet.50.diſtinc.

Similiter

5 ¶Similiter omne collegium, siue vni uersitas cõstitui vnum corpus cuius, prælatus dicitur caput, & alij dicuntur membra. c. nouit de his quæ fiunt à prælatis. A quo capite nõ licet membra discedere. c. cum non liceat, de præscriptionib.

6 ¶Et tale corpus ex eo esse cognoscitur collegium, si haberet iura collegijs puta sigillum commune. c. significauit, de appellat. Et actorem & archam communem. l. 1. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuersit nomin. glos. celebris, in c. dilecta de exces. prælat. vbi multa circa hoc.

7 ¶Proprie autẽ est stricte Episcopus cum capitulo facit vnum corpus cuius ipse Episcopus est caput. Sed cum clero ciuitatis & diœcesis non dicitur propriè facere vnum corpus. capit. cum clerici de verb. signific. Quia non est tanta communio inter Episcopum, & capellas, seu monasteria, seu alia pia loca ciuitatis, & diœcesis suæ, quanta est inter Episcopum & ecclesiam cathedralẽ, cui est spirituali collegio copulatus, notat

notat glos.penult.in.dict.cap.cum clerici allegat. capit. requisisti de testament.

8 ¶Et licet prælatus & capitulum faciant vnum corpus,non tamen appellatione capituli continetur prælatus, de proprio significatu vocabuli, notat. de concess.præbend.cap. post electionem, &.c.nouit de ijs quæ fiunt à prælat. cap. à collatione de appellat.lib.6. &. cap. 1. ne sede vacant.eod.lib. Nisi interuenerit Episcopus & canonicus. not. in dict. capit.à collatione de quo per Archidiacon. in.cap.sed illud.45.dist.

9 ¶Et adde quod tunc Episcopus cum minore parte canonicorum nõ faceret maiorem partem capituli,prout disputando firmauerunt in studio Paduano principales,& Federic.de senis quos sequitur.Ioan.Andr.Card.& alij in.d.cap. à collatione,licet Hostiens. teneat contrarium vbi.Butrio.& Abb. in dict. cap. post electionem. numer. 8. Quandoq; soli canonici faciunt capitulum cum

præla-

prælato, secundum Compost el. in c. 1. de electione. Corpus autem istud potest cõstitui ex duobus, vel tribus vna congregatione existentibus, vt in. d. c. 1. de electioni. Dum tamen sint ibi vt collegium vt ibi notat.

10 ¶ Duo ergo sufficiunt ad faciendam congregationem.

11 ¶ Tres vero ad faciendum collegium quod intelligit ibi Card. de collegio seculari: per. l. veratius. ff. de verb. signific. Sed duo sufficiunt ad faciendum collegium ecclesiasticum secularium clericorum, siue conuentum religiosorum secũdum Innoc. in. c. dilecta de excessib. prælatorum, &. c. postulasti. de iure patron. Cardin. in clem. & si principales. n. 16. de rescriptis & vide quæ traduntur per modernos in. d. c. 1. de electione.

12 ¶ Quid autem sit collegium habetur in. d. l. veratius, & est vnum reputatione l. mortuo, ff. de fideiussoribus, notat. in. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersit. nomin. Et quando nõ habet caput, ille intelligitur esse

esse caput qui est nobilior,& potentior, prout notatur de pace constantie,verb. maior pars.Itaq; omnes isti termini videntur synonyma, & idem importantia largo modo, scilicet cetus, vniuersitas: collegium,capitulum, conuentus, congregatio,& similia.vt notat.in clem.neromani de election.& Ioã.Francis. Pau. in tract.de officio & potestate capitul. sede vacant.prælud io.5.

13 ¶ Capitulũ potest iudicare super causa matrimoniali, contra quod videtur, tex.in.c.accedentibus,de excessib. prælatorum,& in.c.1.de consanguinitate & affinit.Vbi dicitur quod causa matrimonialis pertinet ad dignitatem Episcopalem,propter quod. Doct. intelligũt tex. in.c.præterea,de testib.cogend.dum sedes vacat,vt in.c.ad abolendam de hære ticis.Vel etiam potest intelligi quando hoc habeat consuetudo præscripta.

14 ¶ Quod etiam procedit in inferioribus Episcopo,licet.Hosti.senserit cõtrarium,in.c.literas de restit. spoliatorum,

ſed gloſ.verb.in tua ibi tenet contra Hoſtienſ.quam gloſ. ſequitur Abb. ibid. idē Abb.in.c.auditis de præſcriptio,vbi etiã Felin.

15 ¶Capitulum vero & Decanus Pariſien.habent iuriſdictionem ſimul in ſingulis miniſtros Eccleſiæ, etiam canonicos præbēdatos, etiã in dignitates in ea obtinētes,quam iuriſdictionem per officialem capituli capitulariter inſtitutum exercēt,gloſ.verb.Decanus. §. ſuper his debite, tit. quomodo diuinum officium ſit celebrandum in pragm.Sanct.tom.2. colu.1.

16 ¶Item deponunt verbaliter ſuum clericum ſubditum,& perpetuis carceribus mancipant,gloſ.verb.pone.§. & nihilominus tit. de concubina.pragm. Sanct. col.1.vbi dicitur,quod habent illam iuriſdictionem ex priuilegio,clem.7.

17 ¶ Quæro an capitulum ſede vacante poſsit viſitare prouinciam, ſi eſt metropoliticum, vel alias diœceſim, & procurationes recipere,iuxta determinatio

nem

nem extrauag. Benedict.12.quæ incipit vas electionis,de censib. Respond.quod Ioan.Monac.in.c. Ecclesiæ de suppléd. negligentia prælatorum,lib. 6. tenet q; non possit,quia non reperitur iure expressum ergo. &c. capit. illa ne sede vacante. Licet enim capitulum conseruet ivra Episcopatus vacante sede.capi. charitatem.12.quæst.2.& ius reddat agentibus, accusationibus, & denuntiationibus,non tamen visitat nisi solus qui datur à Papa.capit.obiter.61.distin.vbi patet quod ecclesia vacans destituitur visitatione. Item qui à capitulum est necessarius non voluntarius administrator, ergo non poterit visitare, quia administrationi necessarie non incumbit. Archidiac. tamen videtur tenere contrariũ in.cap. si Episcopus de supléda negligentia prælat. quia Episcopus hoc potest & est iurisdictionis, in qua succedit capitulum sede vacante. capit. cum olim de maior. & obedientia & capitul. 1. eodem titul. lib. sexto. Aliàs

ſequeretur abſurdum quod tempore va cationis ſedis remanerent crimina in correcta, probat etiam hoc per.d.c. eccleſiæ vbi patet, quod Viſitator datus à metropolitano à quo certus caſus excipitur in alijs videtur poteſtatem habere quaſi per exceptionem firmetur regula c. dominus.32. quæſt. 7. l. qui libertatis, ff. de euictionibus. Cum autem metropolitanus nihil habeat niſi de iure trãſlato in metropolitanum de capitulo, ergo infertur quod capitulum hoc habebat, faciunt notata per Innoc.in.c.ad abolēdam de hæreticis.

18 ¶Et reſpondet ad.c.obitum quod ibi deſtituere non reſpicit viſitationis operam, ſed eccleſiæ vacationem; per Archid. facit quia iſte nõ eſt actus per quē præiudicetur Epiſcopo ſucceſſori, ſicut beneficiorum collatio, & alienatio perſonarum, & rerum de quibus de maioritat. & obediē.c.1.lib.6.c.fraternitatē.71. diſt. cap. ſi quia de rebus.12.q.2. Idem tenet Ioan.de lignan.in. d. c. cum olim &

in.c.his quæ de maior.& obedient,&col lectar.in.d.c.cũ olim vt refert ibi Bald. vbi dicit, quod probabiliter poteſt dici quod viſitare poteſt quia propter negligentiam eis datur Viſitator, vt in.d.c.ecclesiæ, per ea quæ notantur in.c. ſua de offic. Vicar. niſi probabiliter dicatur quod ſit iuriſdictionis voluntariæ vt ſequitur ibi & hoc in viſitatione eccleſiarum non exemptarum, ſed Ioan. Andr. in.d.clem.1. de hæreticis, verb. capituli, dicit quod egerit hac declaratione,&nõ ſolum in hoc,ſed etiam in pluribus alijs articulis, videlicet quomodo dicatur capitulum ſede vacante ſuccedere in iuriſdictione quæ competebat Epiſcopo viuenti; Subdit tamen quod volens tenere cum Ioan. Monach. poſſet dicere illam veram in generali viſitatione ciuitatis & diœceſis.

19 ¶Et opinio Archidiaconi procederet in inquiſitione cõtra certas perſonas & loca Paul. ibi & Petrus de Ancharran. & alij quam plures Doctores videntur

ſequi deciſsionem gloſ. & diſtinctionē. Sed Dominic.in. d. c. 1. de maioritat. & obedient.lib.6.refert Ioan.de Immol.dicentem opinionem Archidiaroni de iure eſſe veriorē: licet opinio.Ioan. Andr. ſit ſatis æqua.Cardin.Florēt.in. d. clem. 1.de hæretic.in.q.9.dicit opinionē Ioan. Andr.æquam,tamen opinio melius probatur,quod poſsit viſitare generaliter, vt ex iuribus dict.gloſ.probatur. Abb. in dict. capit. cum olim, de maioritate & obed.numer.2.ibi extra gloſſam ſeu caſus exceptus, dicit quod in diſtincte tenetur quod generaliter poſſet viſitare, quia viſitatio eſt iuriſdictionis quæ fit ex neceſsitate iuris,capit.ſopite de cenſib. capit. relatum.10.quæſt.1. capit. fin. de ſuplenda negligent prælat. lib. 6.

20 ¶Subdens quod hoc ſatis debet admitti vbi non ſperatur, quod de proximo prouideatur eccleſiæ de Epiſcopo, per.capit.intercetera de officio ordin.c. cum nullus. §. Epiſcopo, de temporib. ordin.lib.6.

Conci-

21 ¶ Concilium autem Trident.seſſ.24. cap.16.de reformat. dicit capitulum ſede vacante eligat œconomum & Vicarium ſeu officialem infra octo dies poſt mortem Epiſcopi,nihil dicit de Viſitatore ſed tene quod dictum eſt vbi ſupra.

22 ¶ In ſuper iſte Vicarius à capitulo electus non poteſt viſitare eſt mandato generali,gloſ.verb.capituli in.d.clem.1.de hæretic.Rebuffus praxi benefic. in forma Vicariatus Archiepiſcoporum & alio.collat.6.num.101.

23 ¶ Ex prædictis infero quod Capitulum metropolitanum vacante ſede poterit & debet ſingulis annis conuocare ſynodum tam prouincialem quam Diœceſanam quæ eſt præparatoria ad viſitationem, & quædam viſitatio generalis, præambula viſitationis particularis, vt probatur in capit. ſicut olim de accuſation. vt legantur conſtitutiones ,& publicentur nouæ, ſi quæ fiunt per Capitulum & vt fiant monitiones contra non reſidentes,& contra

negligentes executores teſtamentorũ, de quo in.c.Ioãnes de teſtament. Et vt anuntientur feſta Paſchalia, &c. vt in.c. quoniam,&c.c.decernimus. 18. diſtin. & vt exigatur cathedraticus,& ſimilia con ſueta fiant.c.ea quæ &. c. in tantum, de ſymon.

24 ¶Infero etiam quod Viſitatores poterunt per totam diœceſim dum viſitant confeſsiones ſuffraganeorum & ſuorũ ſubditorum audire,& abſoluere cõfitentes,& ipſis iniungere pœnitentias ſalutares.c.fin.in.fin.de cenſib.lib.6.

25 ¶Item quod poterunt conferre confeſſoribus caſus reſeruatos Epiſcopis, quos enumerat gloſ.poſt Ioan.Monach. in clem. dudum de ſepulturis, & Ioan. Franciſc.Pauin. in tract. de Viſitatione in.4.q.2.partis principalis,gloſ.verb. reſeruantur.c.2.de pœnit.& Remiſſ.quam allegat.Nau.in Man.cap. 27. num. 256. Et quia conceſſum eſt tunc capitulo, æqualem,videlicet abſoluere ab excõmunicatione, vt notat Abb. in capit. hiſq; de maio-

de maiorit.& obedient.

26 ¶Quia abſolutio ab excommunica-
tione eſt reſeruata Epiſcopo.

27 ¶Item quia in his quæ ſunt neceſsitatis, ſuccedit capitulum, ne defectus ſuperioris periculum animarum poſsit generari, vt notatur in clem. 1. de hæretic. Præſentabunt etiã capitulo fratres mendicantes deputati pro cõfeſsionibus audiendis iuxta clem. dudum. verſ. ſtatuimus de ſepulturis.

28 ¶Et vbi præsbiteri parrochiales non ſufficiunt, poſſunt & ipſi conuocare monachos in adiutorium audiendarum cõfeſsionum, præſertim in Paſchate attẽta generali conſuetudine qui ſciẽter tollerantur, ſecundum quendam Monaldũ, quem allegat Archid. in c. placuit, 16. q. 1. & habetur in clem. 1. d̄ priuilegijs, verb. præsbiteri.

29 ¶Quinimo prælati inferiores poſsũt delegare curam parrochianorũ ad modicum tempus, puta intra tres ſeptimanas ex iuxta cauſa ſe abſentando. Ioan.

Andr.in.cap.3.de officio Archipræsbit. post Hostiens.Gregor.Lopez,glos.fin.l. 4. tit.20.p.3.Hodie vide Concil.Tridēt. sess.23.c.1.de reformat.

30 ¶Poterit etiam capitulum visitans exigere procurationem iuxta determinationem extrauagantis Benedicti,quæ incipit vas electionis. &c. vt glos. verb. capituli in clem. 1. de hæretic. Et clarius in clem.statutū, de electione, verb. declaramus.Et quod supra dixit de cura animarum, intelligo large prout plene examinat Ioan.Andr.in.c. cum satis,de offic.Archidiac.

31 ¶Quæro consequenter an capitulum sede vacante possit visitare monasteria monialium exempta quæ potuisse visitare Episcopus viuens autoritate apostolica.

32 ¶Clem. attendentes. §. illas de statu regul.vbi tex.imponit necessitatem visitandi propter verbum debeant de quo ibi circa principium, vbi glos. verb. debēt,reprehēdit prælatos,qui has visitatio

nes

nes omittunt ex quo est ibi, verb. præcepti quod necessitatem inducit. c. oblatæ de appellation. &c. c. vt famæ desent. excõmunication. Respondeo Lapum formasse hanc quæstionem, & super eam consuluisse. Domin. Feder. arguendo ad partes vt patet in consilijs Federic. consil. 291. incipit Domine mi vellē. &c. licet ibi non apparet eius responsio tamen, Lapus ipse in. c. 1. de maior, & obed. lib. 6 refert Federicum sibi respondisse, & cõsuluisse quod non, & sic etiam ibidem refert Dominic. Colletarius autem in d. c. cũ olim, de maior, & obed. refert, quod suo tempore in Cancellaria apostolica multi periti fuerunt propter hoc cõgregati Doctores, & recesserunt varij, & videtur ipsum velle quod possit subsistēte necessitate. Abb. autem in. c. cum olim de maioritate & obedientia refert Lapũ consuluisse quod non succedat capitulum sede vacante, & sic refert respon disse Ioan. Andr. dum super hac quæstio ne consuluisse monetur.

Quia

33 ¶Quia capitulum non ſuccedit in his quæ competunt Epiſcopo iure ſpeciali: vnde non ſuccedit in iure cognoſcendi de cauſa fœudi, vt habetur in. c. verum de foro competenti. Et hanc opinioné ſentit Innoc. ſecũdum eum in. c. ad abolendam de hæreticis, vbi dicit quod capitulum ſede vacãte ſuccedit in his quæ Epiſcopus exercet iure ſuo.

34 ¶Et idem videtur ſentire ipſe Feder. conſil. 30. vbi dicit, ſecus eſſe ſi Epiſcopus cognoſcit iure delegato, vel alio iure ſpeciali facit. c. Paſtoralis. §. præterea, de offic. ordinar. vbi mortuo Epiſcopo delegato expectatur ſucceſſor, & nõ recurritur ad capitulum. Multi tamen tenuerunt contrarium, vt refert ibi Abb. dicentes, quod ſi Epiſcopus habet ſoluere vt delegatus, huiuſmodi poteſtas eo mortuo tranſit ad capitulum, per tex. in c. 1. de maior. & obed. lib. 6. quod loquitur in diſtinte. Sibi tamen plus placet præcedens opinio per ſupra dicta. Item facit aliam rationem. Capitulum ſuccedit

dit Episcopo propter communionem quæ est inter eos, sunt enim vnum corpus, vt in.c.nouit &.c.quanto de his quæ fiunt à prælat. Item vt dixit Inno. in cap. dilecti de maior.& obedient. dignitates & iura ecclesiæ pariter possidentur per Episcopum & capitulum. Sed in his quæ competunt Episcopo vt delegato iure speciali cessat hæc communio, ergo nō succedit. Et ex his dicit limitādam regulam affirmatiuan quod scilicet capitulū non succedat in iurisdictione quæ Episcopo competit iure speciali Abb.in.cap. ad abolendā, num.17.de hæretic, & quia hoc non concluditur vbi Episcopo esset aliquid ab homine vel à iure cōmissum sub nomine dignitatis principaliter sicut in casu isto ideo moderatio colletarij placet mihi.

35 ¶In summa Visitatores à capitulo deputandi, vbi capitulum habet ius visitandi, sunt approbandi prius ab Episcopo, & potest esse ratio, vt videat Episcopus an expediat ecclesiæ talem visitare, vide simile

mile vt per Abb.num.6.c.illud prætereũdum de iur. patron.

36 ¶Si prius ab Episcopo isti Visitatores non sunt approbati: processus ab eis facti an sint nulli, quia ordo huius, tex. videtur substantialis, si vero ordo iste esset debitus à iure aliud esset declarat optime. Ioan. Monac.c.1.de censib.lib.6.vbi Dominic.n.4.in princ.

37 ¶Vel eo impedito: Prodeum, licet vti exclamatione in prinipio conueniens non sit, tamen non possum aliter loqui. Nam schema seu talis exclamatio consicit significationem doloris ideo exclamatione vtor. Nam sacrosancta Tridentina Synodus non in merito toties eadem præcepta resumit. Et vtinam Episcopi à somno surgant.

38 ¶Non enim excusantur ab hac personali visitatione quouis impedimento, quod impedimentum solet admitti quadam indulgentia benigna. Sed id debet admitti, quod necessitate quadam sic vrgeat, vt nisi maximo cum detrimento

proprie

proprie vel publice ſalutis tã ſpiritualis quam corporalis perſe ipſos eam viſitationẽ exercere non valeant: aliter nãq; judicium ac cenſuram non qualécunq; expectent, præter diuinam vltionem. Attendant obſecro Epiſcopi illud Ezechielis Prophete in.c.34.qualiter Domi nus duriſsime increpetEpiſcoporum ne gligentia in viſitationis officio exercen do, dicens ſuper omnem faciem terre diſperſi ſunt greges mei & non erat qui requireret,non erat inquam, qui requireret.refert Synod.Toletanus action.2. ad ſecundum.Et Ioan.Chriſoſt. Homil. 59. in Ioannem inſectatus eſt eundem Ezechielem his verbis.Ve paſtoribus Iſrael, nonne paſcebant ſemetipſos non ne greges paſcuntur à paſtoribus? Sed illi contrarium faciebant,nam quod abiectum erat,non reducebãt: neq; quod perierat,quærebant,neque confractum alligabant,neque infirmum conſolidabant, quoniam ſe,non gregem paſcebant.

39 ¶ Facta ergo visitatione à capitulo, potest etiam Episcopus siue eius Visitator seorsum & separatim, vt dicit. tex. noster facere visitationem.

40 ¶ Nam reipublicæ interest, admittere quam plurimos ad defendendam suam causam. l. nã reipublice, ff. de operis nou. nuntiatione.

41 ¶ Et ad conseruationem regionis necessariam esse multitudinem custodum vt notat Aristotel. lib. 1. Rhetoricorum capit. 4.

42 ¶ Et in prouerbijs est: piedra sobre piedra à las nuues llega.

43 Sed Episcopus non potest infringere facta per Episcopum prædecessorem. Bar. in. l. Semel. C. de Apochis pub. &c. lib. 10

44 ¶ Secus erit si dicatur Episcopo, æconomũ non bene rationem administrationis suæ reddisse, etiam si habeat æconomus liberationem quæ vulgo dicitur finiquito: nam si contra illam liberationem dicatur quod fuit data non viso libro rationum, qui ex cõsequentia actus

non

non est liberatus ad ministrator seu æcō nomus, qui non ostendat librum rationis. Bald. in Rubr. C. de exercitoria actio.n.12.vers.&ideo.l.14 tit.18.p.3.Ideo talis liberatio nullo modo valet, vt per Alexand.vol.7.consil.74.Bart.in.l.tutor qui repertorium. ff. de administration. tuto.in fin.Matheus de afflict. decision. 360.facit,tex.in.l.si quis exargentarijs.§ penult.ff.de edend.Idem erit si ostendatur liber &rationes præcesserunt tam intricatæ,quæ non intelligũtur : talis nãq; ratio non dicitur ratio,nec videtur data vt in.l.cum seruus.ff.de condition.& demonstr.& in.l.summa curatione. §.primo.ff.de peculio.

45 ¶Et nisi causa liberationis vera apparent,non dicitur ratio reddita, sed quædam confusio vt in.l.30.c.10.notat.Auẽdaño.n.41.de exequend.mandat.vbi dicit quod nisi nominatim constet, cui datum sit,& qua de causa nõ poterit intelligi ratio,nec valebit liberatio,tanquam data super ignotis vt in.l.qui cum tutori

bus,ff.de transactionibus. l.argentarius. §.edi autem.ff.de edendo.
46 ¶Nam rationum redditio inuēta fuit ad habendam veritatem,& ne bona occultētur &reliqua posint inferri.Hieronym. gratus respons. 135. num. 34.lib.1.
47 ¶Et qui non habet hos libros rationū videtur in dolo tanquam transgressor legum,vt notat Aymon.consilio.193.n.13. volumine. 1. de materia latius dicemus postea.
48 ¶Præterea dicit. text. quod ipsi Archidiac. vel alij inferiores tenentur reddere rationē suæ visitationis Episcopo.
49 ¶Bart.in.l.apparitores.C. de exactoribus tributorum.lib. 10. dicit quod exactores debent remittere ad curiam in scriptis.quod ex actum est,& quod non, vt ex eorum scriptura officiū reddatur instructum.allegat.l.1.§.officio.ff.de tutel.& rationibus distrahend.&.l. si statu libera. §. fin.ff.de statu. liber.In tantum hoc est verum quod horum relationi statur.vt notatur ex dicta.l.apparitores, &
ex

ex:l.si qua per calũniam.C.de Episcopis & cleric.

50 ¶Officium Archidiaconi & aliorum inferiorum est quæ corrigenda viderint corrigant,& emendent, nisi fuerint ardua negotia,quæ absq; maioris sui præsentia nequeant terminari.c. ad hæc. §. item in epistola,de offic. Archidiac. Hugo.tract.de officio quatuor prælatorum p.2.de autoritate Episcopi. Ideo officiũ horũ in adiutoriũ inuẽtũ est,vt ibi p eũ.

51 ¶Præterea Archidiaconi sunt septem ab apostolis electi,&instituti actum apostol.6.& in.c.Diaconi septem.93. distin. & in.c.Diaconi ead.distinct.

52 ¶Vbi dicitur Diaconi ecclesiæ sunt tã quã oculi Episcopi,ob errantes & circũlustrãtes cũverecũdia actus totius ecclesiæ:præscrutãtes diligẽtius si quẽ videãt fieri vicinũ præcipitio &proximum esse peccato:vt referant hoc ad Episcopum, & ita Episcopus suggerere quæ ad cultũ ecclesiæ,& disciplinam eius pertinent, Diaconibus cura sit.

53 ¶Vbi notat glos.quod loco diaconorum successerunt Archidiaconi.
54 ¶Inueniuntur etiam testes synodales habentes oculos circum lustrantes.c. Episcopus in Synodo.35.quæs.6.qui electi sunt,vt per illorum industriam excessus corrigantur,& mores reformentur,Cõcil.Prouincial.Toletan.act.3.in.c.28. Et debent inuestigare quæ correctione vel reformatione sunt digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum,& sufraganeos,vt super his & alijs (prout vtilitati,& honestati congruit) prouida deliberatione procedant,vt in.c.sicut olim de accusation. Etiam dicuntur visitatores, qui debent circuire totam parrochiam de villa in villam,vt in.c.non debere. 80 dist.vbi dicitur,quod in Concilio Laodicensi statutum est,vt Episcopi non ponãtur per vicos & villas: sed Visitatores, idest Archipræsbiteri qui visitent parrochias:qui sine consilio,& conscientia Episcopi ciuitatis nihil agere debeant.
55 ¶Et addit Archid. in. c. perlectis. 25. distin.

dist.n.11.si iurgia seu facinora in parrochia evenerint,aut si quid erit, quod animaduersionem maiorem exigat , tūc ad Episcopum erit referendum,sicut refert legatus ad procōsulem allegat.l. si quid erit.ff.de offic. proconsulis.tex. notabilis in.d.c.ad hæc de officio Archidiac.Bene igitur stat,vt Archidiaconi & inferiores teneantur reddere rationem Episcopo,nā quod caret ratione extirpare necesse est.

56 ¶Quæ quidem ratio est quasi sermo singulorum de quærelis, secundum doctores antiquos arg.glos.verb.syndicum l.1.§.quibus,ff.quod cuiusq; vniuersitatis nomin.vel potest dicere rationē esse experimentum totius iustitiæ secūdum Paris.de Pute.in tract.syndica. Nam sicut homo post sumptum pastum , habet necesse illud digerere ita post assumptū & completum officium opportet visitatorem illud digerere.Idest rationē reddere vt si malegessit luat penas,glos.penult,leg.3.C. de Coartalibus principib.

vbi Platea.

57 ¶Propterea tex. noſter determinat vt id quod iſti inferiores in viſitatione faciunt ſuper intendens videat,& quod vnicuiq; cõueniat,agnoſcat:& quod cõuenire nouerit,acommodet.

58 ¶Et nota quod quoties leges loquuntur de reddenda ratione duo continẽt, ſcilicet computum dare,& reliqua reſtituere.l.quamuis,ff.de conditioni, & demonſtrat.l.non ſolum.la.2.§.ſi liberationis,ff.de liberat. legat.leg.4. C. de teſtamen. manumiſsio. iſtud eſt rationẽ reddere.

59 ¶Præcipue ſi in viſitatione intẽdunt Viſitatores & quærunt non quæ ſua ſunt ſed ea que ſunt Ieſu Chriſti,vt in.c.cum apoſtolus, & capit. procurationes. de cenſib.vbi habetur,quod Viſitatores nõ quærant quæ ſua ſunt,ſed ea quæ ſunt Ieſu Chriſti prædicationi, & exorationi, correctioni,reformationi vocando, vt fructum referant, qui non pereat. Nõ ergo debẽt procurationibus, aut lucro,

ſeu

ſeu ad propriam vtilitatem, vt ſibi the-
ſaurizent:ſed ſaluti animarum, & morū
profectui cultuiq́; diuino ampliando,ſta
tuiq́; eccleſiarum in melius reformādo,
intendere debent vt in.cap.1. de cenſib.
lib.6.cum text.ibi dicit caueant in ſuper
ne ipſe vel quiſquam ſuorum aliquod
munus quocumq́; ſit, & qualitercumq́;
offeratur,præſumat recipere:vt nō quæ
ſua ſunt ſed quæ Ieſu Chriſti quærere vi
deatur:& intendere debet,atq́; in vigila
re prædicationi,ſaluti,ædificationi &re
formationi cleri & populi,vt in.d.c. pro
curationes,&.d.cap.1.de cenſibus,lib.6.
facit.leg.nam. ff.de offic. præfecti vigil.
Nec debent Viſitatores ve nationibus
aut ſimilibus vacare, mente enim repe
tere debent,quod de omnibus ſibi com-
miſsis rationem reddere tenentur ſi nō
corrigant,moneant,& reforment: alias
ſingula de manibus ſuis requirentur. c.
irrefragabili. de offic. ordinar.cap. 1.c.
adhæc,de offic.Archidiac.ergo optimū

erit vt ſuper intendens ſedulitatem eorum in viſitatione videat.

60 ¶ Et quoniam peccata hominum dupliciter poſſunt cõſiderari vno quidem modo in quantum eſt nociuum ei qui peccat: alio modo in quantum vergit in nocumentum aliorum, qui ex alicuius peccato vel exceſſu leduntur vel ſcandalizantur, vel etiam in quantum eſt nocumentum boni cõmunis cuius iuſtitia per peccatum hominis perturbatur.

61 ¶ Ideo Viſitator duplici correctione vti debet, vna quidem quæ adhibet remedium peccato in quantum eſt quodá malum ipſius peccãtis, & ita eſt proprie fraterna correctio quæ ordinatur ad emendationem delinquentis, remouere autem malum alicuius, eiuſdem rationis eſt, quod bonum alicui procurare, procurare autem bonum fratris pertinet ad charitatem. c. ſi peccauerit. 2. q. 1. & c. nouit de iudic. Quod patet quia corripere delinquentem eſt quædam ſpiritualis elemoſina. c. & qui emendat. 45. diſt. S. Thom.

Thom.2.2. q.33.artic.3.Cum ergo operamur bonum amico,vt de peccato ad pœnitentiam reducatur,hæc remotio magis ad charitatem pertinet,quam remotio nutrimenti corporalis vel egestatis, & infirmitatis,tamen quia bonum veritatis magis est proximum & affine ipsi charitati,quam bonum corporis exteriorum rerum,tunc etiam quia respicit animam,quæ corpore longe præstātior est.c.solite de maiorita,& obedientia. l. sancimus.C.de sacrosanct.ecclesijs & in c.Matheus de Symon. Et hoc respectu pertinet ad charitatem,in quantum vero fraterna correctio adhibet remediũ peccato delinquentis , in eo quod præstat malum exemplum in fratres qui ex tali exemplo leduntur cæteri & scandalizantur.c.præcipue.11.q.3.&maxime in nocumentum communis boni : & talis actus dicitur iustitiæ ad quam pertinet conseruare rectitudinem in cõmune bonum vnius ad alterum.c.cum deuotissima.12.q.2.c.facte.4.dist.cap.vt fame. de

Sentent.excommuni. Et sic frater tuus corrigendus est zelo iustiæ, & ad istum effectum pertinet ad iustitiam.

62 ¶In super aduertant Visitatores quãdo inquirunt. Nam si aliqua de aliquo denuntiantur secrete talia sunt secrete corrigenda. c. si peccauerit.2.q.1. Ioan. deImmol.in.c.vt iuxta de offic.ordinar. dicit etiam text. quod ista ratio debet dari intra mensem.

63 ¶Nam iudices inferiores non abreuiãt,aut prorrogant tempus à iure præfixũ,notat.l.nemo.C.de tẽpor.appellat.

64 ¶Mensis autem iste an possit prorrogari seu extendi per inferiorẽ iusta causa interueniente dicẽdum est, quod sic. glos.verb.recissius tempus in.c. cum sit romana.de appellatio.

65 ¶Ideo tenẽtur Archidiaconi & alij inferiores sine alia monitione intra mensem rationẽ reddereEpiscopo,nam tale tẽpus interpellat pro homine. c. potuit de locato.l.magna.C.de cõtrahẽd. & cõmit.stip.l.2.C.đ iur.emphit.Et dicit tex. quod

quod Archidiaconi & alij inferiores tenentur exhibere depositiones testium.

66 ¶Abb.in.c.ad nostrā el. 2. de iureiur. n.2.dicit quod est bona practica citandi testes quando ignorantur personæ, videlicet vt fiat generale preceptum sub excōmunicationis pœna, vt qui super tali facto nouerint veritatē cōpareant ad testimoniū proferendū, nam tunc tacere veritatē est peccatū mortale, allegat. c. quisquis.11.q.3.&.c.1.de crimi.fals.tenet Ioann. de Neuis. in silua nuptial. lib. 3. num.33

67 ¶Et etiā falsum cōmittit, qui interrogatus, veritatē occultat, ac si mēdatium dixerit, Couar.in lib.1.vari.c.2.n. 3. allegat.d.c.quisquis,&.d.cap.1.

68 ¶Ideo in praxi Visitatores seruāt, vt in loco eminētiori voce intelligibili notarius legat monitorias generales de verbo ad verbum. Vt in Archiepiscopatu Hispal.leguntur per Visitatores: propter quas monitiones, omnes fideles tenentur comparere apud Visitatorem ad

prepa

propalandam veritatem,aliter cõtumaces dicentur &in excõmunicationis sententiã incidere possunt,tenes Hostiens. in sum.de sententia excommunication. verb.quibus ex causis,quem allegat Gregor.Lopez.scholio escusa.l.10.tit.9.p.1.

69 ¶Sed aduertant Visitatores,quam sit erroneus stylus eorum iudicum qui in monitorialibus dicunt,quod debeant propalare,& illud iudici aliter vel coram notario & testibus in forma fidem faciente vt dicit idẽ Neuis.in. d. silua nuptial. vbi supra.n.46.Nam acta faciunt notorium l.gesta.C.de re iudicata, & boni viri solent tacere quod probare non possunt. c.plerumq;.2.q.7.Alex.consil. 55. lib. 4. In tantum hoc est verum,quod quis iudici non tenetur dicere de eo quod probare non potest.Sum.Tabien. verb. accusatio.§.14.& verb.inquisitio.§.7.Nau. in Man.cap.25.num. 46. vbi late de ista materia.

70 ¶Prælatus igitur non debet esse solicitus plus debito in inquirendo, sed moderate

derate id agat,ita ne nimia suspitio illũ præcipitem,& excęsum reddat. Nam qui nimiũ emũgit, elicit sanguine. prouerb. 30.tradit frat.Anton.Cordubensis in tractatu de secreto.membro.2.in annot.q. 3.in princ.

71 ¶ Præterea depositiones testium ex duobus constituuntur, scilicet ex dicto testis,& ex iuramento:nec vnum valet sine altero.Lanfranc.ab Oriano. in tractatu de testib.in princip. allegat.c.fraternitatis,de testib. &. l. iurisiurandi. C. de testib.

72 ¶ Propterea in causis acta scribuntur, vt veritas habeat locum,& falsitas aboleatur:cum in iudicijs debeat esse veritati locus.Item ne propter assertionem iudicis iniqui innocens, litigator ledatur. idem Lanfranc.in repetit. capit. quoniã contra falsam deprobat.in princ.n.1.

73 ¶ Et acta in scriptis sunt reducenda aliàs nonvalẽt,nisi sint causæ breuiores, quia tunc non requiritur scriptura, per auth.nisi breuiores & ibi Bart.C. de sen-

tent.

tent.ex breuit.recitand. ita tenet Abb. in.d.c.quoniam cõtra.in notabil.3. & ibi etiam Felin.de probat.Robert.Marant. de ordin.iudiciorum.p.6,n.22.

74 ¶Depositiones testium Visitatores tenentur exhibere Episcopo,& acta integra.

75 ¶Quid dicendum si notarius dicat se nullum originale fecisse,possit ne puniri pœna periurij,siquidem notarius contrauenit vni ex capitulis iuratis.Host.in c.sicut.ne clerici vel monach.Ripa.in.l. admonendi.n.150.ff.de iur.iurand.dicũt quod sic.

76 ¶Si vero dixerit amisisse acta, non tamen probat casum amisionis, poterit torqueri secundum Bal.in Rubr. de fid. instrum.

77 ¶Quid si notarius lacerauit acta, tũc falsarius præsumitur secundum Curti. Iunio.consil.166.Rip.loco proxime citato.numer.150.Ioan.Purpura. in rep. l.is apud quem.num.20.C.de edendo.

78 ¶Si vero notarius celat prothocolũ punitur

punitur de falſo, vt probat Lanfranc. de Oriano in.d.repet.verb.inſtrumẽtorum productiones.n.34. notat Bald. Salicet. & moderni in.l.qui accuſare.C.de edendo per tex.ibi quod occultãtes propria inſtrumenta, non incidũt in pœnã falſi, quamuis occultantes aliena incidant, tex. notabilis in.l.Paulus. ff. de falſ. Didac.Perez.l.2.tit.5.lib.2.ord. in princip.

79 ¶Præterea in iure ſunt acta iudicij, & ſunt illa que tendunt ad ordinationem litis, prout eſt libellus, litis conteſtatio, terminus probatorius, ſatiſdatio, & alij ſimiles actus.

80 ¶Acta autem cauſæ dicuntur ea quæ tendunt ad litis deciſionem prout ſunt depoſitiones teſtium, inſtrumenta, confeſsiones & alia ſimilia acta probatoria, ita declarat gloſ. verb. defenſione in. clem. ſœpe de verbo. ſignific. ſequitur Robert.Marant.de ordin. iudic. part.3. num.55.

81 ¶Item acta nõ tenetur notarius edere ſine ſalario ſeu mercede text. eſt in.l.

argen

argentarius in princ. & ibi communiter Doct.ff.de edendo.Secus hic nam notarius actorum tenetur suis expensis acta Episcopo dare Greg.schol. dan quenta. l.6.tit.22.p.3. & vide omnino Franciscũ de Auil.c.21.prætorum verb.Derechos.

82 ¶Et non debet dare notarius acta originalia,sed tãtum copiam actorum edere debet,vt in.d. c. quoniam contra. de probat.& ibi per omnes doct.& habetur in Conc.Tridẽt.sess.24.c.20. de reform. in fine, quæ acta debent esse integra cũ die,& consule,loco,& tempore, vt per Bal.& Doctores in.l.2.C.de Edendo, & non suficit vt pars Episcopo à notario detur,nam iam non esset dare acta integra,sed exẽplum totale dari debet glos. verb.exemplum.cap.1.de sentent.excõmun.lib.6.

83 ¶De practica autem qualiter sit facienda ista editio per notarium vidẽdus est Specul. in titul. de instrumentorum editione.§.postquam.num.18.

84 ¶Et ideo Archidiaconi & alij inferiores

res tenẽtur edere acta integra nam verbum tenentur importat necessitatem, & habet vim præcepti, bonus tex. in clem. exiui. §. itẽ ordo. de verb. signific. Cosm. Guimier. in pragm. Sanct. titul. de collation. §. 1. tom. 1.

85 ¶ Si autem isti inferiores infra mensem non reddiderint rationẽ Episcopo, nisi compulsi, an incidant in aliquã pœnam, vide Bart. in. l. 2. ff. ad senatus consult. tertull. §. quid ergo. Cardi. Zabarel. late in clem. quia contingit. §. illi. num. 3. de religios. domib. Sed tu dic quod vt verbum teneantur vim præcepti habeat requisitionem importat aut depositionem. tex. in. cap. 1. ibi si petatur. de sepultur. lib. 6. & glos. verb. annis singulis in. d. clem. quia contingit.

IN VERBIS

Non obstantibus quacunq; consuetudine, etiã immemoriabili, atq; exemptionibus, & priuilegijs quibuscunq;.

1 *Iocunda ea sunt, in quibus assueti sumus.*
2 *Cõsuetudo habet maximã vim, nã ea quæ sunt puerilia & fabulosa plus possunt propter consuetudinem, quam si cognosceremus ea.*
3 *Consuetudo multiplex.*
4 *Quãdo fit mentio de cõsuetudine intelligitur de longa.*
5 *Cõsuetudo an censeatur sublata per legẽ generalem, si habebat consensum populi.*
6 *Consuetudo irrationalis licet sit cẽtenaria damnata à lege censetur sublata & quando.*
7 *Cõsuetudo res magna cuiq;, dificile est mutare cõsuetudinem quia similis est naturæ.*
8 *Consuetudo quando derogatur per legem editã in concilio generali.*
9 *Lex quando reprobat consuetudinem expresse tunc consuetudo immemorialis an valeat.*
1 *Consuetudo immemorialis & priuilegium reprobatur circa vsum duellorum.*
11 *Consuetudo & priuilegium equiparantur.*
12 *Consuetudo, priuilegium, & statum nõ semper apari procedunt.*
13 *Præscriptio non reddit laycum capacẽ iuris in*

spiritua

ſpiritualibus ſed priuilegium apoſtolicum.

14 Conſuetudo mala an roboretur præſcriptione.

15 Papatus eſt in primo loco.

16 Papa an viſitare teneatur.

17 Papa in terris vicem dei gerit.

18 Oculus eſt certior arbiter aure.

19 Nemo docere poteſt, quod minime nouit.

20 Pontifex quaſi faciens pontem ad vehendũ ſubditos in viam ſalutis.

21 Tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam paſce oues meas, his verbis denotatur, laboret miniſterium.

22 Madre que coſa es caſar? hija, hilar, parir y llorar.

23 Regere, paſcere, prædicare, & retia in altũ ducere, hæc omnia ad officium Viſitationis conueniunt.

24 Viſitatio quare fit à prælatis.

25 Verba imperatiui modi important aliquando cõſilium aliquando neceßitatem.

26 Quod præcipitur imperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri.

27 Lex cum loquitur per verba præceptiua aut

equipolẽtia obligat ad peccatũ cõtrauenientẽ.
28 Sedes apostolica negotijs quam plurimis opprimitur in dies.
29 Papa habet pedes plumbeos & non plumeos.
30 Papa est quasi immobilis, stabilisq; manens, dat cuncta moueri.
31 Prælatus est anima, & spiritus ecclesiæ.
32 Tutor est anima & spiritus pupilli.
33 Anima rationalis absq; extẽtione seu dilatione in vniuersum corpus infundit.
34 Vbi Papa ibi Roma.
35 Papa an debeat transferre curiam siue sedem suam de Roma ad alium locum &. nu. 38.
36 Petrus cum vellet à Roma abire, apparuit ei Christus in via & interrogauit, Domine quo vadis, respondit Christus vado. Romam iterum crucifigi propterea Petrus reuersus est ad Romam, vbi martyrium suscepit.
37 Papa in quibus habet liberam potestatem.
39 Roma est disciplina veritatis, quæ aliquando fuit magistra erroris.
40 Papa tenetur visitare, seu procurare vt fiat visitatio.

41 *Papa impendat diligentiam vt bonos atq; idoneos pastores singulis ecclesijs praeficiat, aliter Christus sanguinem ouium suarum de manibus eius requiret.*

42 *Madre no viste, padre no tuuiste, diablo te heziste, dize el refran.*

43 *Lo que quiere la harda, monte espesso y mala guarda.*

44 *Negligens dicitur quasi non eligens.*

45 *Papa quantum ad Dei iudicium an sit solutus legibus, & quando sit supra legem.*

46 *Papa potest equare quadrata rotundis anima eius in manica sua.*

47 *Papa quondo vtitur plenitudine potestatis.*

48 *Sensus qui in oculis est, vicinior dicitur animae.*

49 *Factum ex visitatione emendatum memoriae commendandum,*

1 ¶In verbo consuetudine nota quod ea iocunda sunt in quibus assueti sumus Aristot. Rethoric. 1. ad Theodetem.

2 ¶Et quantam vim habeat consuetudo, leges declarāt, in quibus ea quae sunt

puerilia &fabulosa plus possunt propter consuetudinẽ quam si cognosceremus ea Arist. Methaphis.2.cap.3.

3 ¶Consuetudo multiplex est, vt notat Bald. in tit. qui fœudum dare possunt, col.3. quædam est consuetudo, quæ requirit præscriptionem, quædam vero est consuetudo solẽnis, quæ non requirit præscriptionem. glos. verb. etiam intelligitur in pragmat. Sanct. tomo.2. de causis. §. statuit el.1. colũ.2. Non solum tex. hic excludit consuetudinem præscriptã & non præscriptam pacificam vel non, ita Abb. in. c. eum satis de offic. Archid. numer.2. Sed etiam excludit consuetudinem cuius memoria in contrarium non extat, quæ habet vim legis & priuilegij principis, secundum doctrinã Abbatis in. cap. super quibusdam. num.8. cũ seq. de verb. signific. & habetur in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidian. & stiual. Felin. in cap. cum ex officij num.13. de præscript.

4 ¶Quando fit mentio de cõsuetudine intelli-

intelligitur de longa.cap.cum mana.de electio.gloſ. fin. leg.3.titul.2.p.1. & ibi Greg.

5 ¶Conſuetudo autem non cenſetur ſublata per legem generalem quæ ante ipſam legem vim habet conſenſu populi.c.1.de conſtitution.lib.6.vbi Domin. Francus.&Gemetius.n.86.Nec huic ſententiæ præiudicat.l.3.§.diuus.ff.de ſepulchro violato quidquid Acurtius ibi cõmentus eſt,nam illa.l.procedit quando fit conſtitutione vel cõſuetudo propria alicuius ciuitatis,& ei peculiaris poſt legem generalem principis,& circa iſtum ſenſum non probat iuris conſultus per legẽ generalẽ tolli conſtitutiones municipales,& particulares conſuetudines,ſi in lege ponantur hæc verba ſublata quacũq;cõſuetudine aut nõ obſtãte quacũq; cõſuetudine etiã immemoriali tunc reuocata eſt cõſuetudo quæcũq;.glo.verb. quamuis clem.vltima.de rebus eccleſiæ & gloſ.verb.quanticumq; de for.compe tent,& Card.in.d.clem. vltima.

6 ¶Quod est intelligēdum quoties lex dānet ac reprobet consuetudinem, tanquam iniquam, & irrationabilem: nam tunc quæuis cõsuetudo etiam immemoriabilis, & centenaria censebitur eodem pacto dannata, vt tenet Aretin. in l. cum stipulatus. ff. de verb. obligation. Felin. in c. cum ex officij, de præscrip. quos allegat & sequitur Cou. lib. 3. Var. c. 13. nu. 5. vbi dicit, illud intelligendum in consuetudine generali, non autem in consuetudine quæ habuit speciali & peculiari causa in aliqua ecclesia propter iustam & rationabilem causam.

7 ¶Cõsuetudo namq; res magna cuiq; Arist. problematum sectio. 28. q. 1. ideo eam mutare difficile est, quia similis est naturæ. idem Arist. ethicorum. 7. c. 10.

8 ¶Consuetudo vero derogatur per legem editam inconcilio generali quia cēsetur habere clausulam derogatoriā ad cõtrarias dispositiones quæ in futurum etiam fierent, Roch. de Curt. in. c. fin. de consuetud. quē refert & sequitur Auiles

c. 8.

c.8.prætor.numer.3.

9 ¶Et etiam dicit quod quando ius reprobat consuetudinẽ expresse,tunc non valet consuetudo,etiam tanti temporis de cuius initio non sit memoria allegat Card. in.clem. 2. de rebus ecclesiæ non alien.

10 ¶Pariter etiam reprobatur consuetudo praua etiam immemorabilis,& quodcumq; priuilegium, circa vsum detestabilem duelorũ Concil.Trid.sess.25.c.19.

11 ¶Consuetudo & priuilegium equiparantur.c.nouit & ibi not.de iudicijs.cap. accedentes de præscription. Præsertim consuetudo & priuilegium equiparãtur si est immemorialis,glos.verb. nõ extat. in.d.c.super quibusdã, de verb. signific. Bald.in.l.si solẽnibus.C. de fide instrum.

12 ¶Nota etiam quod consuetudo,priuilegium,& statutum non semper procedunt apari:nam in clem.vt hic qui.§. illi vero de etate & qualitat.reuocantur statuta,& consuetudines non reuocantur priuilegia.ita Zabar.ibid.num.4.

13 ¶ Vnde præscriptio non reddit laycum capacem iuris in spiritualibus, sed priuilegium apostolicum, vt dicit Abb. in. capit. cum instantia. numer. 4. de censib.

14 ¶ Si autem consuetudo mala roboratur præscriptione temporis, cuius initij non est memoria vel saltim triginta annorum, tenebit cõsuetudo. vt dicit glos. in.l. Domini prædi de agricol.& censitis C.lib.11. quam glos. dicit Card. in.c. finali de consuetudine, non esse alibi, contra quam glos. tenet Ioan. de Plat. in. dict. l. Domini prædiorum dicens quod mala consuetudo nullo tempore potest roborari, allegat. §.1. in authent. vt nulli iudicum. coll. 9. quem refert & sequitur Gregor. Lopez scholio. bien. vbi supra, vbi dicit forte esse dicendum, quod si consuetudo non inducat peccatum, sit tamen alias mala quia contra ius, habet aliquam causam rationabilitatis, talis consuetudo roboratur ex præscriptione. 30. annorum. Si autem consuetudo

tudo non solum esse contra ius, verum esset ita irrationabilis, quod nihil bonæ rationis per se habeat, tunc non roboratur tempore: & saltem procederet, quando consuetudo nõ esset de tempore immemoriali, & vt procedat de iure canonico debet esse rationabilis simpliciter. De ista clausula non obstante. multa dicit Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. non obstantibus.

15 ¶ Dictum est de omnibus prælatis ad quos visitatio conuenit. nunc quærendum est de Papatu qui est in primo loco cap. ante omnia. vbi glos. 40. distin.

16 ¶ Papa an teneatur visitare dic quod sic.

17 ¶ Nam Papa in terris vicem Dei gerit. vt habetur in capit. quanto. & capit. licet de translation. prælat. & in capit. vt nostrum. §. porro. vt Ecclesiastic. beneff. sine dimin. conf. & habetur. 21. distin. & in capit. 1. de homic. lib. 6. & c. quoniam. 24. quæst. 1.

Præterea

28 ¶Præterea certior aure arbiter occulus est.

29 ¶Et quod minime nouit nemo docere potest Ouidius.2.tristium & Pontifex veluti via est sequentium.cap.cleros.21. distin.

20 ¶Ideo dicitur Pontifex quasi faciens pontem ad vehendum subditos in viam salutis exemplo vitæ,& doctrinæ.Iass. in l.possessio appellata.num.25.ff.de acquirenda possessio.

21 ¶Præterea consideranda est vox illa Iesu Christi dicentis,tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam.Mathei.c.16.& in.c. ita dominus 19.distint.& in.c.nouo.c.quamuis.21.distint.& id.c.aliorum.9.q.3. & postea idẽ Christus dixit Petro pasce oues meas Ioan.in.c.fin.c.significasti de electione, in quibus verbis denotatur laboret ministerium vt per Abb.in.c.mãdata de præsumptio.

22 ¶Y dize el refran Español,madre que cosa es casar ? hija,hilar , parir y llorar.

Et

Et etiã præcepit Petro & omnibus Apostolis, ite prædicate euangelium omni creaturæ.& quamuis omnibus Apostolis imperauerit,præcipiendo vt retia relaxarent Luc.5.l.3.tit.5.p.1.

23 ¶Tametsi Petro & successotibus suis dixit regere,pascere, prædicare,& retia in altum ducere hæc omnia ad officium visitationis cõueniunt,cõfirmatur quod dictum est Genes.18.&.c.Deus omnipotens. 2. quæst. 1. vbi Deus Optim. Maxim. ait, descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint.

24 ¶Ergo Papa debet descendere,ac maxima cum diligentia inquirere, ne grex sibi commissus pereat, & de eius manibus sanguis eorum quæratur. Considerãda enim sunt verba imperatiui modi vt in.l.cum pater.§.mode, ff.delegat. 2.

25 ¶Quæ verba important aliquando consilium,aliquando necessitatem circa subiectam materiam. Abbas in. cap. magnæ deuoto, & voti. numer. 4. Hic

iudicio

iuditio meo illa verba imperatiui modi important necessitatem, & vim præcepti habent.c.qui iubente.11.quæst.3. notatur in clem.præsenti,de censibus.

26 Quod enim præcipitur,imperatur, & quod imperatur necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet, vt dicit D.Greg.in Epistol.ad Iouinianum & refert Gratianus in.c.quisquis.14.quæst.1.

27 ¶Et cum lex loquitur per verba præceptiua,aut equipollentia, obligant ad peccatum contra venientem. capit.2. de mai.& obedient.clem. exiui de paradiso,de verb.signific.Archid. in cap.vtinam.76.dist.Ant.& Abb.in.c. nam concupiscentia.de constitut.& idem Abb.in c.clerici.de vit.& honest. clerico.

28 ¶Sed cum sedes apostolica negotijs quam plurimis & varijs solicitudinibus in dies opprimatur.

29 ¶Et Papa habeat pedes plumbeos & nō plumeos,vt refert Gomez.in prolog. regularū cācellarie apostolicæ Cosmas Gumer.in pragm Sanction.Decreto de con-

concubinarijs tom. 2.colun.2.
30 ¶ Vbi inquit quod Papa eſt quaſi immobilis ſtabilis quæ manens,dat cuncta moueri.
31 ¶ Idem.Coſm.vbi ſupra de annatis.§. item quod ratione in princip. in gloſ. verb.eccleſia tom.2. ſubdens quod prælatus eſt anima & ſpiritus eccleſiæ.
32 ¶ Tutor autem anima & ſpiritus pupilli,quare aduertere debes conſiderationem Calcadr.in Timeo Platon. dicẽtis,quod Arachneus in medio telæ exiſtens facile ſentit quidquid fit, ſeu accidit in quacumq; parte ſuæ telæ.
33 ¶ Ita anima rationalis in centro cordis abſq; extentione, ſeu dilatione vniuerſum corpus infundit.
34 ¶ Nã vbi Papa ibi Roma,notãt Doct. in.c.ego de iure iur.Archid.7.q.1.c. ſcire,& in.c.præſenti,de præbend. in.6.
35 ¶ Nec debet Papa transferre curiam ſiue ſedẽ ſuam de Roma ad aliũ locum niſi ex magna cauſa:ad hoc eſt tex.in.c. quamuis.21.diſt.c.rogamus.24. quæſt.1.
Vbi

Vbi Archid.in.c.per Venerabilem.§.rationibus,verb.ſane.qui filij ſint legitimi c. fundamenta.§.ne autem.de electiõ. lib.6.vbi Archi.& Ioã.Andr. in nouella. quod fit,quia ibi ſedes apoſtolica diuina diſpoſitione eſt collocata.ideo non licet Papam mutare illam.

36 ¶Nam cum ab ea Petrus vellet abire, apparuit Chriſtus in via, quem cum interrogaſſet Domine quo vadis reſpõdit Chriſtus vado Romam iterum crucifigi quod Petrus intelligens in ſuam ad monitionem dictum, reuerſus ad Romam, vbi martyrio ſibi & ſucceſſoribus ſedem vna cum.D.Paulo ſtabiliuit.c.beati.2.q. 7.quod proſequitur præpoſitus in.c.nolite.11. diſtin.vbi col.fin.dicit quod Papa ad ſemper in ea manendum non neceſſitatur,quia vbiq; eſt tribunal ſuum,& ſedes ſua.

37 ¶Et in ordinatis à Chriſto quæ fidei ſubſtantiam,& animarum ſalutem non impediunt, Papa habet libertatem,& dominium iuriſdictionis, & poteſtatis, vt poſsit

posſit illam limitare & ex cauſa mutare. Tamen conuenientius magis congruit, vt Papa ſedem habeat Romæ quam alibi.

38 ¶Tunc propter præſentiam apoſtolorum, Petri & Pauli, in quorum martyrio & ſanguine eſt fundata ſedes Apoſtolica & Romana eccleſia.

39 Tum vt illa ſic diſciplina veritatis quæ aliquando fuit magiſtra errori.

40 ¶Itaq; Papa tenetur viſitare, ſeu procurare, vt Viſitatio fiat, per tot tantosq; operarios, quos habet.

41 In quorum electione. Beatiſsimus Romanus Pontifex maximam ſolicitudinẽ ex officio ſui muneris debet impendere eam potiſsimum diligentiam adhibẽdo, vt bonos maxime atq; idoneos paſtores ſingulis eccleſijs præficiat: qui ſi in ſuo regimine negligentes fuerint, Chriſtus Dominus ſanguinem ouium ſuarum de manibus eius requiret. Concil. Triden. ſeſſ. 24. capit. 1. in fin. de reform. ibi nihil eſſe magis neceſſarium Eccleſiæ Dei.

42 ¶Y bien dize el Refran, madre no vi ste, padre no tuuiste, diablo te heziste.

43 Et alibi. Lo que quiere la harda, mon te espeso y mala guarda. Si autem negli gens fuerit, & negligentia prouenit ex quadam remissione voluntatis.

44 ¶Nam Isidorus. lib. ethimologiarum dicit. Quod negligens dicitur quasi non eligens, præcipiendo inquam, ea quæ de bet, vel eo modo quo debet: nã tunc pec cat. S. Thom. secunda secundæ. quæst. 54. artic. 3.

45 ¶Vnde quãtum ad Dei iudicium Pa pa non est solutus legibus quantum ad vim directiuam earum, & debet volun tarius nõ coactus eas seruare: & ipse est supra legem, in quantum cum expediẽs fuerit, potest eam mutare, & in ea pro loco & tempore dispensare. Et licet habeat plenitudinem potestatis. capit. quanto. cum ibi notatis, de translat. præl.

46 ¶Et potest equare quadrata rotũdis: & anima eius in manica sua add. ad

Barbat.

Barbat.in.c.canonum statuta.num. 171. de constitut.

47 ¶Tamen non debet ea vti sine causa: quia iura sunt fundata super ratione. c. cõsuetudo.1.dist.Host.in.c.ad decorem, de vsu pal.glos.verb.reseruationes.titul. de electionibus.§.licet.col. 2. in pragm. Sanct.tom. 1. Et licet omnia possit non debet prætermittere clauem discretionis.notat Hostien.in.d.c.quanto,adhoc notatur in.c. ad apostolicæ, de re.iudic. lib.6.Plenitudo namq; potestatis in executione bonitatis,non autoritate prauitatis consistit,alias mutato vocabulo nõ plenitudo potestatis sed tempestatis dicetur,restringitur ergo sub ratione potestatis.c.illa.11.quæst. 3.

48 ¶Itaq; visitatio multum operatur, ideo sensus qui in oculis est, vicinior dicitur animæ.glos.verb.oculos.cap. quorundam de election.lib.6.glos. in procemio. §. quibus ad plenum, in Pragmat. Sanct. col. 2. Archidiac. capit. nec solo num.1.23.quæst.5.

49 ¶ Audiui factum memoriæ dignũ Regis Ferdin.5.huius nominis, qui dum visitasset regnum Hispaniæ, & esset in ciuitate Plazentina, sponsus cuiusdam virginis significauit Regi, Comitẽ (cuius ipse erat vassalus) in die nuptiarum primam habere carnalem sponsæ cognitionem: cui consuetudinem, seu potius tyrãnidi vassali propter eius potentiam resistere non poterant, huic sensualitati carnali Rex taliter correxit, & abusiuum declarauit, vt Comes ipse ab hominibus nusquam visus fuit, & sic consuetudo spirauit, & desponsata quæ iam erat in lecto cum Comite, remansit illesa, & incorrupta. Ecce improuisam & in opinatam rẽ ex visitatione principis prouenientem. El Refran Portugues dize, escaueme quen quisier, podeme quen saber, caueme seu dono. Et alibi, En la tierra del rey la vaca corre al buey, y es la razon porque el Rey ygualmente haze justicia al pobre que al rico. Hic solus nõ est, vbiq; gentium video regnare improbitatem, & bonos

& bonos à malis iniuste opprimi propter quod Rex seu Princips: aduertat petitionem Dauid, quando Saul missis militibus iussit obsideri domum eius. vt. 1. regum. c. 19. tunc Dauid dixit in ocursum meum exurge, & vide & intende ad visitandas omnes gentes Psalm. 58. consideret Rex seu Princeps videat & intendat.

IN VERBIS

Visitationum autem omnium istarum, præcipuus sit scopus, sanam orthodaxamq; doctrinam expulsis hæresibus inducere.

1 *Causa finalis est cuius gratia cætera fiunt.*

2 *Finis Visitatoris qualis sit. &. num. 4.*

3 *Tridentina Synodus ad quid fuit congregata.*

5 *Prædicare tenetur Visitator.*

6 *Prædicationem verbi Dei necessariam esse ad fidem diuinorum misteriorũ assequẽdam.*

7 *Verbum Dei quid sit.*

8 *Nautæ absentia causat naufragium.*

9 *Prædicatores sunt veluti canes Dei qui latratu fugant lupos.*

10 *Visitatores si non prædicant, sunt veluti canes muti non valentes latrare.*

11 *Visitator in quibus persistere debet circa credẽda, circa facienda, & seruanda, circa fugienda, circa timenda, circa appetenda.*

12 *Prædicator ante prædicationem debet orare.*

13 *Fructus visitationis.*

14 *Prælati mali intentum siue diligentia.*

15 *Prælati mali quare diligunt terrena.*

16 *Sententia contra malos prælatos.*

17 *Christianæ dignitates non est in temporalibus exaltari, sed potius deprimi.*

1 ¶ Visitationum Autem.&c.in istis verbis textus noster dat causam finalem visitãdi. Causa finalis est cuius gratia cætera fiunt Arist.Phisic.2.c.3. & Methaphisic.5. capit.2. de qua per Bart. in extrau. ad reprimendum, verb.absentia & Andr. de Isernia in vsibus Fœud.in prologo.

Sed

2 ¶ Sed propositum visitatoris debet esse, bonos mores inducere, corrigere prauos, & extirpare hæreses.

3 ¶ Ad hoc namq; fuit congregata Tridentina Synodus. sess. 3. in princip.

4 ¶ Sagitas circa hoc debet Visitator dirigere, vt attingat scopum, tenetur etiã Visitator, inducere, persuadere, etiam si necesse fuerit ad sanam orthodoxamq; doctrinam, salutaribus verbis plebes sibi commissas pascant, docendo ea quæ scire omnibus est necessarium ad salutem animarum, anunciandoq; eis cum breuitate & facilitate sermonis, Vitia quæ eos declinare, & virtutes quas oportet sectari: vt pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam consequi valeant. Concil. Trident. sess. 5. c. 2,

5 ¶ Est enim necessaria prædicatio verbi Dei, per quã auditores de his quæ credere tenentur edoceantur, iuxta Paul. ad Roman. 10. quomodo credent, quæ non audierunt? Quomodo autem audiet sine prædicante, sicut scriptum est.

Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona: ſed non omnes obediunt euangelio. Eſaias enim dicit: Domine quis credidit auditui noſtro? Ergo fides exauditu, auditus autem per verbum Chriſti.

6 ¶His verbis Paul. apertiſsime docet, prædicationem verbi Dei eſſe neceſſariam ad fidem diuinorum miſteriorum aſſequendam. vide Caſtr. de iuſta Hæreticorum punit. lib. 3. cap. 2.

7 ¶Eſt enim verbum Dei, lumen quo mediãte quiſq; videre poſsit facile quæ agere, & quo greſſus dirigere vellit. Vt in Pſalm. 118. lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis, & iterum, declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Si ab illo qui in tenebris ambulat, lucernam ſubtraxeris, luminis abſentia efficiet, vt ambulãs tertio quoq; greſſu offendatur.

8 ¶Vt dicit Ariſt. abſentiam nautæ cauſam eſſe, quod nauis patiatur naufragiũ. Ideo Paul. ad Timothe. Epiſcopum & diſcipu

discipulum suum in epistol.2.cap.4.prædica verbum,insta opportune, importune,argue,obsecra increpa:erit enim tépus cum sanam doctrinam non sustinebunt,sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros,prurientes auribus,& à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.Itaq; doctrina sana & orthodoxa est vehiculum ad cœlestem patriã,& fugat hæreses. Ideo Esayas.cap.58.dicit clama,necesses qua si tuba ex alta vocem tuam,annũcia populo meo scelera eorum.

9 ¶ Prædicatores namq; sunt veluti canes Dei qui latratu suo lupos fugant, nõ solum hæreticos hæreses,sed etiam omnia vitia quæ gregem dominicum deuastant,facile propellere possunt.

10 ¶ Si autem non prædicant facti sunt vel vti canes muti non valentes latrare, vt dicit Esaias.cap.56.quæ interpretans Hieronymus super Esaiam, sic ait isti de quibus Propheta loquitur non solũ speculatores ceci,sed et canes muti appellã

tur, non valentes latrare. Qui enim gregem Domini custodire debebant, & lupos abigere & latrare pro Domino. diligunt somnia, & delectantur visionibus demoniacis. Hos enim redarguit Deus per Ezechielem Prophetam. c. 34. quod infirmum fuit non consolidastis, & quod egrotum non sanastis. quod confractum est, non alligastis, & quod obiectum, non reduxistis, & quod perierat nõ quæsistis, in quibus omnibus debent insistere Visitatores & in vigilare super gregem domini, hæresesq; vndiq; sparsas multisq; in locis radicatas euellere, & sacra dictamina plantare, & plantata rigare, & rigata crescere permittere, ideo Esaias. c. 27. ait, propterea visitasti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

11 ¶ Et vide Ang. in Sum. verb. prædicare. n. 11. vbi dicit primo debet insistere circa credēda, sicut articulos fidei, secũdo debet insistere circa facienda, & seruanda, sicut præcepta. Tertio circa fugienda, sicut peccata. Quarto circa timenda

menda, ſicut mors æterna. Quinto debet inſiſtere circa appetenda, ſicut gloria.

12 ¶Et vt prædicator fructificet, etiam prius debet orare, vt dicit glo. Geneſ. 24 his & ſimilibus gloria æterna conſequitur.

13 ¶Itaq; finis viſitationum fructus ſanctiſsimi neceſſarij ac vtiles ſunt ex illa prouenientes, per eam certe prælati canonicis præceptis atq; diuinis, ſatisfacere intelliguntur, ita vt canonice viſitantes non poſſunt de negligentia reprehédi. Inſurgit etiam animarum ſalus tam clericorum quam laycorum per exortationem, correctionem, & reformationẽ, ex ea namq; fructus vberrimi & ſalutiferi referuntur qui nunquam pereunt, vt dicit text. in capit. procurationes, de cẽſibus. In ſumma per viſitationem eccleſia Dei Sanctius regitur, crimina purgantur, virtutes in ſeruntur, iſte eſt præcipuus ſcopus viſitationum.

14 ¶Non fiat ſicut mali prælati faciunt, de qui-

de quibus Beatus Bernard. super cant. dicit quid euorant plebem meam, sicut ex campanis. Vnde vero hanc rerum affluentiam illis exuberare existimas: vestium splẽdorem, mensarum luxuriem congeriem vasorum argentorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ, idest ecclesiæ? Inde est quod illa pauper inops & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exanguis, propterea hoc non est ornare ecclesiam sponsam: sed expoliare, non est custodire, sed perdere, nõ est instituere, sed prostituere, non est pascere gregem, sed mactare & deuorare. Et postea & in alio propheta. Peccata mei populi comedunt. q. d. peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam solicitudinem non impendunt, plus in vigilant subditorum euacandis mar supijs, quam vitijs extirpandis. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam animarũ quam alacres currunt ad cathedram. Et dicit Guiliel. in clem. 1. de magistr. quod cõstitutiones Bursales optimæ me

moriæ commendantur à prælatis. Sicut illa de censib. fœlicis. lib. 6. & vide circa hoc Concil. Trid. sess. 25. cap. 1.

15 ¶ Sed ideo memoriæ non commedāt quia sunt huius seculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsq; ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt, pro terrenis lucris quaslibet iniurias tollerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant, terreno regi toto etiā die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel vnius horæ momento lassantur, sepe nuditatem, deiectionem famem pro acquirendis diuitijs atq; honoribus tollerant, & earum rerum se abstinentia cruciantur, ad quas adipiscendas festinant, superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putāt. Hi itaq; quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti quia fortes in infe-

riora

tiora subsistũt,sed ad superiora deficiũt:
& si vis alia multa cõgerere vide.B. Gre
gor.in.19.lib.moral.c. 25. Sic faciunt hi
prælati prout iudei qui venerunt Betha
niam,vbi Lazarus fuerat mortuus ; non
venerunt vt Iesum viderent,sed Lazarũ
suscitatum viderent.Ioan.c.12.solum e-
nim sepulturæ Christi quærunt linteami
na,non autem corpus,licet contrarium
fecerit.S.Petrus Luc. 24. Ideo in diæ iu-
dicij dicent illi,prout ipsi fecerunt iudei
de corpore Christi furati sunt eum no-
bis dormientibus. Math. c. vltim. quod
est dictum,dicent Christo iudici, & eius
apostolis consedentibus. Diabolus ani-
mas subditorum nostrorum nobis dor-
mientibus , idest negligentibus est fu-
ratus.

16 ¶Ideo sequitur iudicis sententia , ite
maledicti in ignem æternum qui para-
tus est diabolo & angelis eius.Igitur qui
peruenire vult ad salutem animæ atin-
gat scopum visitationis,& ad quam vo-
cationem vocatus est.

Nam

17 ¶Nam Archidiac.in.c.perfecta de pænitent.dist.3.dicit quod non est Christi aut dignitatis in temporalibus exaltari, sed potius deprimi: quem videm.c.maiores. 16.quæst.7.

IN VERBIS

Bonos mores tueri, prauos corrigere.

1 *Boni mores considerantur diuerso modo de iure ciuili, & de iure cononico.*

2 *Mores corriguntur suspensione, excommunicatione, & Visitatione.*

3 *Iudex equalis exhibeatur bene viuentibus, & iustus circa peruersos.*

4 *Quæstio vltima hodie est de bonis moribus.*

5 *Imperium quibus retinetur.*

6 *Crimina si incipiunt veterascere, in priuilegium assumuntur.*

7 *Pusillanimitates quæ latenter in republica subcrescūt, in magnum quid latenter in vadūt.*

8 *Ouis scabiosa acaulis repellenda, & carnes putridæ resecandæ ne corpus intereat.*

Auaritia

9 *Auaritiæ omnes student.*
10 *Diuitiæ postquam ceperunt honori esse hebescere virtutes ceperunt, & num. 12.*
11 *Ecclesiastici de Euangelio viuere debent.*
23 *Ecclesiasticorum quatuor vitia sunt reprehensibilia.*
14 *Audi responsum Philippi cancellarij Parisiensis Guilielmo Episcopo Parisiensi factum dicentis se esse dãnatum tribus de causis.*
15 *Vestes clericorum ab honestate non deuient.*
16 *Clericorum talares vestes debent esse.*
17 *Vestes clericorum non debet esse rubeæ & virides.*
18 *Clerici an possint uti vestibus sericis, aut fulgidis.*

1 ¶Nota in præsenti quod boni mores considerãtur diuersimode in iure ciuili, & in iure canonico, nam de iure ciuili consideratur esse contra bonos mores, quidquid communiter reputatur in honestum. ita Areti.in.l.pacta quæ.C.de pactis.num.1.allegat.l.probrum &.l.opprobrium

brium.ff.de verb.ſignific.Sed de iure ca-
nonico aliquid contra bonos mores dú-
taxat dicitur ſi nutrit peccatum. intelli-
ge.vel veniale. allegat gloſ.in. c. ſi vero
de iure iur.ibi per doctor.

2 ¶Vide Coſin.in Pragm.Sanct.tom.1.
titul.de collationibus.Vbi dicit quod ad
correctionem morum ſunt,ſuſpendere,
excommunicare,& viſitare, & alia quæ
ſunt fori contentioſi.

3 ¶Iudex idcirco bene viuētibus debet
ſe exhibere æqualem,quaſi honore ſup-
preſſo,& circa peruerſos exercere iuſti-
tiam:vt.D.Hieron.ſuper.Hierem.lib.20
l.16.tit.4.p.3.in tātum quod ſi ſunt boni
mores delectent:ſi autem mali, emēden
tur.c.non putes.23.quæſt.5.

4 ¶Sed hodie vt iuuenalis verbo vtar
de bonis moribus vltima ſit quæſtio, &
Oratius primum quæritur pecunia, vir-
tus poſt numos,& ſi vis , vt boni mores
non corrumpantur,fuge conſortia pra-
ua,bonos ſequere.l.1.§.perſuadere. ff.de
ſeru.corrup.c.ſepe malorum.28.q.1.

5 ¶Propterea dicit Salustius imperium facile his artibus retinetur, quibus initio partum est, verum vbi pro labore desidia, pro continentia libido, pro equabilitate superbia inuasere, fortuna simul imperium cum moribus in mutata est. Et Poeta dicit moribus antiquis res stat Romana virisq;. Ideo iudex in principio his obstare debet, iuxta illud vulgatũ quod malis principijs est resistendum.

6 ¶Quia cum crimina incipiunt veterascere, in priuilegium assumuntur, sed dificiliter tolluntur.

7 ¶Simile apud philoso. 5. Ethic. quod pusilanimitates quæ latenter in republica subcrescunt, in magnum quid latenter in vadunt, & negliguntur: merito ab initio est talibus obuiãdum, etiam si parua videantur.

8 ¶Et dicit. text. in. cap. resecande. 24. quæst. 3. putridæ carnes resecandæ sunt & scabiosa ouis acaulis repellenda ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrũpatur, putrescat, intereat.

Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit: ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt per totum orbem eius flamma pululata eſt:& præcipue in his temporibus in quibus tot mala, totq; corruptiones ſubſequtæ ſunt.

9 ¶Et dicit Hierem. cap.6. &. capit. 8. aminimo vſq; ad maiorem omnes auaritiæ, ſtudent,& à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum.

10 ¶Vnde Saluſtius, poſtquam diuitiæ honori eſſe cœperunt,& eas gloria, imperium & potentia ſequebantur, hebeſcere virtutes, cœpit paupertas oprobrio haberi,innocentia pro maleuolentia duci cœpit.

11 ¶Audi ſi placet Origenem in propoſito &.capit.& hoc. 16. quæſt. 7. ibi qui non conſiderat in multis eccleſiaſticis talium Chriſtianorum peccata,inueniet quæſtum eſſe, arbitrantes pietatem, & cum deberent de Euangelio viuere ſecundum quod decet

viuere ſeruos Dei,hoc non faciunt, ſed diuitias & poſſeſsiones multas acquirũt: nonne dices ſpeluncam latronum factã eſſe ſub illis eccleſiã.vt recte dicat Chriſtus ad eos propter diſsipationem eccleſiæ ſuæ quæ vtilitas in ſanguine meo, dũ deſcendo in corruptionem? Pſal.29.

12 ¶ Multæ exinde ſubſecutæ ſunt morũ corruptiones atq; deformationes ſtatus eccleſiaſtici,de honeſtationes atq; decolorationes.

13 ¶ Præcipue tamen ſunt quatuor vitia in viris eccleſiaſticis reprehenſibilia. de malis ſermo eſt primum vitium negligẽtia diuini officij,de quo in Pragm. Sanctio.tom.2.quo tempore diuin.offic.c.1. &.c.2.ſecundum eſt nimia põpa,ac præcioſior cultus in victu & veſtitu , contra & vltra decentiam clericalem , de quo in Rubr.de vita & honeſt. clericorũ per totam,& .41.diſtint.per tot.vnde Bern. ad Eugen.Papã.Quid ſibi vult quod clerici aliud eſſe volunt,aliud videri?Nempe habitu milites , quæſtu clericos , actu

neutrum

neutrum exhibent,&c.Idem Bernar.ſuper Cantic.intuere,quomodo incedant nitidi & ornati circum amicti varietatibus,tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo,&de malis clericis conceditur tibi vt ſi bene de ſeruis, de altari viuas, non autem conceditur tibi,vt de altari luxurieris, vt tibi compares inde aurea frena,ſellas de pictas.&c. Deniq; quicquid præter neceſſarium victum,ac ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt rapina eſt:ſacrilegium eſt, quia res pauperum non dare pauperibus,par ſacrilegij crimē eſſe dignoſcitur. ad hoc tex.eſt in.c.ſicut hi.47.diſtint.cap. aurū cap.gloria Epiſcopi.12.q.2. Tertium vitium eſt publica in continentia, pleriq; enim non verentur publice concubinas tenere de quo in tit.de cohabitat. clericorum & mulierum per totum.28.31.32. diſtin.per totū. Quartum eſt nimia pluralitas beneficiorum de qua in pluribus locis in iure præſertim in extrau.Ioã.22. Execrabilis, vbi notabilia pon[..]atur in

 canone

conuenientia quæ proueniunt ex pluralitate beneficiorum fouetur ambitio & vide quæ ibi notantur.

14 ¶Audi responsum Philippi Cancellarij Parisiensis Guilielmo Episcopo Parisiensi factum, dicētis se esse damnatum tribus de causis in prædictis comprehensis quarum prima est, quia super ex crescentes beneficiorum fructus annuos, contra pauperes temere mihi reseruati secunda causa, quia contra sententiam plurimorum de pluralitate beneficiorū quasi licite tenēdorū opinionē propriā defensaui. Tertia est grauissima omniū, quia abominabili carnis vitio in scandalum multorum multo tēpore elaboraui, hoc inuenies in quodam tract. quo de testatur beneficiorum pluralitas impresso in tract. thesaur. pontifica. & vide Philip. Probum scala beneficiali. p. 1. art. incipiente pluralis indignitatibus.

15 ¶Aduertat etiam Visitator vt clerici in vestibus non deuient ab honestate. ca. 2. 21. q. 4 & quibus cōsuetudinibus debeāt se con

ſe cõformare inveſtibus. vide. c. quisquis 41. diſtin. c. ſi quis virorum. 30. diſt.

16 ¶Et debẽt vti veſte talari, ideſt longa vſq; ad talos. c. pen. 23. diſt. ſic intelligitur. c. clerici de vita & hon. clericorum vbi dicit quod clauſa debent eſſe de ſuper veſtimenta, nimia longitudine vel breuitate nõ notanda clem. ne in agro. §. 2. de ſtat. monachorum.

17 ¶Nec debent vti veſtibus aut caligis rubeis & viridibus, aut alijs veſtibus à iure prohibitis vt in. d. c. clerici: & clem. 2. eod. tit. de vita & honeſtate.

18 ¶Sed an clerici poſsint vti ſericis, aut alijs veſtibus fulgidis diſputat glo. 21. q. 4 in ſum. gloſ. & Doct. in. d. c. clerici, quam diſputationẽ maxime prælati huius temporis relinquerunt pertinacibus exiſtimantes vere non fore prælatos, niſi ſint ipſis veſtibus ſericis inducti.

IN VERBIS
Populum cohortationibus, & admonitionibus.

1 *Populus vt catholicus à senatu ecclesiæ debet regi, secus prout est ciuis.*

2 *Populus in quibus obedire debet ecclesiastico iudici.*

3 *Pastores tanquam boni milites admoneant populum obedire præpositis suis.*

4 *Populus regitur melius vita, & num. 6.*

5 *Manos de maestre son inguente, dize el refran.*

7 *Generosus animus hominis, facilius ducitur, quam trahitur.*

8 *Elemosinæ spirituales sunt potiores quam corporales & quare dicuntur spirituales.*

9 *Quibus ad monitionibus & exortationibus Visitator debet vti.*

10 *Subditi si fomenta non sentiunt, ad grauiora descendendum.*

11 *Melius est ditari quam philosaphari.*

12 *Visitator aduertat qualiter loquatur.*

13 *Iudex dicitur quasi ius dicens.*

14 *Iuditium à iudice dicitur.*

15 *Oppreßio pauperum vitanda.*

16 *Homo qui erranti comiti monstrat viam, quasi lumē de suo lumine accēdat, facit Ennius poeta.*

Rex

17 *Rex sapiens est sanitas terrarum, & stabilimē tum populi.*

18 *Defectus scientiæ facit colere multos deos.*

19 *Errores euitantur si cognoscantur.*

20 *Iuditiorum determinatio fit per sapientum discutionem.*

21 *Sapientia quid faciat.*

22 *Stultitia suplantat gressus eius, & cōtra Deū feruet animo suo.*

23 *Mandata multa in libro visitationis non relinquantur à Visitatore.*

24 *Iudex quilibet Dei minister est in terris.*

25 *Iuditium censetur prodire de vultu Dei.*

26 *Iudex qui non facit iustitiam, est minister diaboli.*

27 *Iustitia est apud Deum magis acepta, quam im molare hostias.*

28 *Iudex duos sales habere debet.*

29 *Homo lege fouens est optimum animalium, ita pessimum animalium est à lege & iustiia separatus.*

30 *Mandatum iudicis si est notorie iniustum, non tenetur subditus ei obedire.*

31 *Mandata forte per in obedientiam si non seruā- tur sunt veluti laquei & ofendicula.*
32 *Mandata multa non ponantur in libro visitatio nis nisi necessaria.*
33 *Festinata reprobantur.*
34 *Iuditialiter Visitator debet procedere.*
35 *Mandata quæ non fiunt cum cognitione causæ, sed ex abrupto non tenent vim sententiæ, ideo non transeunt in rem iudicatam.*
36 *Visitator datus à principe potest procedere ex- tra iuditialiter si habet in mandatis.*
37 *Iudex iniuste procedendo extraiuditialiter an poßit procedere in illa causa.*
38 *Iudex suspectus nō potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*

1 ¶Populus regi debet à senatore ecclesiæ, idest cetu clericorum vt catholicus subest iurisdictioni ecclesiæ: populus vero vt est cuius subest iurisdictioni temporali, idest regi. glos. verb. regeretur in Pragmat. Sanct. tomo. 1. in proemio §. cum itaq;.

Popu

2 ¶Populus tenetur obedire Ecclesiastico iudici, nã in delictis ecclesiasticis ecclesiasticus procedit contra laycum veluti in crimine hæresis in cap.vt commissi de hæretic.lib.6.& in clem. 1. eod. tit.Et etiam in delicto superstitioso & incantationis tex.est in.c. contra ydolorũ & glos.ibi.26.q.5.Et etiam in crimine sacrilegij vt in cap.attendẽdum.17.quæst. 4.& Dominic.in cap.cum Episcopus.de offic.ordinar.lib.6.Et etiam si laycus insorduerit per annum, & obdurato animo cẽsuris ecclesiasticis fuerit annexus proceditur contra eum per ecclesiasticum.capit.cum contumatia de hæretic. lib.6.&tex.cũ glos.in.c.grauem de pœnitent.&.capit.bonæ. de ætate & qualit. Concil. Trident. sess. 25. capit.3. in fin. de reform. In his & similibus casibus potest ecclesiasticus contra seculares procedere, & etiam in concernentibus pietatem layci subiecti sunt Episcopo pro quo text. in capit. 1. de Emption. & vendi. vide Stephan. Aufrer.

de poteſtate eccleſ.ſuper laycis.nu.3.Et poteſtas eccleſiaſtica qualiter extendatur inter laycos varij varia dixerũt,nam Guil.Ochan.dialog.p.1.lib.7.c.67.aliqui namq; poteſtatem eccleſiaſticam extendunt etiam vſq; ad diſſolutionem matrimonij rati & non cõſumati vt gloſ.in.c. ex publico de cõuerſio.coniugat. etiam gloſ.in.c.quod votum de voto & voti redempt.Alij autem doctores taliter poteſtatem eccleſiaſticam diminuere volũt, quod dicere auſi ſunt Papam non poſſe excommunicare quemquam ſine conſenſu principis ſeu imperatoris vt tenet Marſilius de Padua in libro cui titulum fecit defenſorium pacis & cõmemoratur à Iacobo Senonenſi in tractatu. de autoritate eccleſiæ.c.3.quos refert Martinus de Frias. tractat. de viſitat.c. 23.in fin.Sed in hoc videndus eſt Iacobus ſeptimacenſis de catholic.inſtitut.c.44.per totum.

3 ¶Præterea Trident. Sinod. ſeſſ. 25.c. de delectu ciborum dicit.quod paſtores

tanquam

tanquam boni milites ad moneãt populũ crebro, obedire præpositis suis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audiunt, qui vero contemnunt, Deum ipsum vltorem sentient.

4 ¶Præterea populus melius regitur, vita ideo Visitatores non minus exẽplo quã verbo ædificare & plantare debent. ca. quoniam. cap. intercetera: de offic. ordinar. nam quod agitur à prælatis cito trahitur à subditis in exemplum. c. magne. deuoto. cap. præcipue. 11. q. 3.

5 ¶Y dize el refran, manos de maestre son inguente. Alias tot mortibus digni sunt, quot perniciosa exempla de se insurgunt. glos. verb. Abbates honeste in extrauag. de censibus. inter cõmun.

6 ¶Itaq; elaborare debet vt subiectos regant honestate vitæ, ac morum, vt ortãdo & admonẽdo ab illicitis deterreãt. Concil. Trid. sess. 13. c. 1. de reformat.

7 ¶Generosus namq; animus hominis facilius ducitur, quam trahitur. Archid. cap. cum beatus. 45. dist. num. 3. &. 5. vbi allegat

allegat Senecam.
8 ¶ Et elemosinæ spirtuales sunt potiores quam corporales loquendo simpliciter & absolute,quia quod exhibetur nobilius est,quia est donum spirituale,& dicitur spiritualis elemosina, quia per eã
9 spiritus ad bonũ dirigitur. ¶ Vt est in prouerb.cap.4.donum bonum tribuam vobis,legem meam ne derelinquatis,oculi tui recta videant,&palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur, ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram:auerte pedem tuum à malo, vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruerse vero sunt, quæ à sinistris sunt.Ipse enim rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. iustorũ autẽ via seu semita quasi lux splendens procedit & crescit vsq; ad perfectã diẽ,via impiorũ tenebrosa : nesciunt vbi corruãt.His &similibus cohortationibus & ad monitionibus debet Visitator vti.
10 ¶ Si vero fomenta non sentiunt nec

leuia descendere opus est ad grauiora & veriora remedia Concil. Trid. sess. 13. d. cap. 1.

11 ¶Nam melius est ditari quam philoso phari. vt dicit philos. quē refert & sequi tur Archid. in cap. tria sunt. n. 2. dist. 45.

12 ¶Debet etiā aduertere Visitator quibus verbis vtatur in præsentia visitando rum. Hinc Domin. in. c. ponderet. dist in. 50. inquit. ante quā quis loquatur debet cogitare & præmeditari quid loquatur ideo qui iudicat ante quam intelligat in cidit in labyrinthum erroris. C. sciēdum 29. dist. Fel. in proœmio decreti. colū. 2. glos. verb. in simili. §. item vt de cetero. tit. de collationibus in Pragm. Sanct. Nā illa verba sepe sepius pro lege seruantur quod patet ex ipsa de nominatione vocabuli.

13 ¶Nam dicitur iudex, qua si ius dicens vt in. c. forus de verb. signific. notat Bart. in. l. 1. col. 2. in pr. ff. de iuris. cmmu. iudic.

14 ¶Inde venit iuditiū à iudice quia dici tur iuditiū, quasi iurisdictio, sicut iudex dicitur

dicitur quaſi ius dicens vt in.˙d.c.˙forus, vnde ſicut iudex dicitur ius dicere,& ſic iuſtitiam miniſtrare vt habetur in.l.1. ff. de iuſti.&iur.& ita iudicium quod deſcẽdit ab ore iudicis dicitur ipſa iuſtitiæ miniſtratio.Ego vidi petitionem parrochi cuiuſdam populi factam Viſitatori quæ continebat,quod ipſe parrochus ſepeliebat gratis omnes pauperes ideo petebat vt illi daretur aliquod ſtipendium ab adminiſtratore illius hoſpitalis vbi corpus pauperis iacebat.Viſa petitione Viſitator reſpondit tu non teneris vllum officium facere pauperi,quæ reſponſio hodie ſeruatur tãquam lex, & conſuetudo illius populi optima efugit ad ſalices quæ erat vt cuilibet pauperi officiũ triũ. lectionum mortuorum dicebatur.Attẽde igitur qualiter reſponſum ſuffragia pauperum extenuauit.Bene Seneca philoſophauit,dum dicit, pauper vbiq; iacet,melius eſſet Viſitatori ſi natus non fuiſſet,cui merito dicetur patere legem quam ipſe tuleris , iniqua petitio, & peior

peior reſponſio.

15 ¶ Vexatio & oppreſsio pauperum qualiter permittatur cum debeat prohiberi vt in.c.ſi quis de potentibus. 24. q. 1. de quo per Innoc.& doctor.in.c.cum ſit generale, de foro competent. Ecce qualiter ſtulti per ſapientes curãtur, quorum infinitus eſt numerus.

16 ¶ Ecce qualiter errãti comiti mõſtrat viam, quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit. Erant apud Athenienſes diræ, ac publicæ execrationes in eum, qui viã erranti non demonſtraſſet, autore Cicerone lib.3.de officijs. Si ergo delectamini ſedibus, & ſceptris. O Viſitatores, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis.

17 ¶ Sanitas terrarum, & ſtabilimentum populi eſt Rex ſapiens.cap.6. ſapientiæ. Qualiter poterunt Viſitatores accendere populum ad religionem ſi ſapientiam non habent.

18 ¶ Vnde ex defectu ſcientiæ prouenit colere multos deos. Sapient.cap.13. non

cognoscētes quis esset omnium artifex, aut ignem, aut aerem, aut gyrum stellarum, aut aquam, aut solem rectores omnium terrarum putauerunt. c. qui sine. 26.q.2.c.nec mirum.26.q.5.

19 ¶ Non enim possunt errores vitari & reprobari nisi agnoscantur.c.fin.24.q.3. cap.legimus.37.dist.

20 ¶ Iudiciorum determinatio fieri non potest nisi per sapientum discusionem. Vnde Salomoni dictum est.3.reg.cap.3. quia postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium ecce feci tibi secundum sermones tuos & dedi tibi cor sapiens & intelligens. c. qui ecclesiasticis. §. ecce.36.dist.vbi dicitur, qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum aprobatione diuinis stipendijs non est eruditus, nequaquam ad sumum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat.

21 ¶ Et sapientie.cap.8.dicitur per sapiētiam habebo claritatem ad turbas, & honores apud seniores, disponam populos & natio

& nationes erunt mihi subiectæ, secus autem erit si Visitator fuerit stultus.

22 ¶ Nam stultitia suplantat gressus eius & contra Deum feruet animo suo. Prouerb.cap.19.&quia tu repullisti sciẽtiam repellam tene sacerdotio fungaris mihi Osee. c.4.c. omnes psallẽtes.38.dist.c.ni si cum pridẽ.§.pro defectu, de renũciat.

23 ¶ Aduertat etiam Visitator ne in libro visitationis relinquat multa mandata vt solent multi facere.

24 ¶ Nam quilibet iudex dicitur minister Dei in terris.c.qui malos.23.q.5. &. cap. non solum ibid.

25 ¶ Vnde etiam iudicium censetur pro dire de vultu Dei.c.vt nostrũ in princip. de appellat.&.c.1.in princ. vt ecclesiast. beneficia.&Paul.deCastro in cõsil.38.in princip.vol.1.Sed de vultu Dei non potest egredi nisi iustitia, & veritas: cum Deus ipse dicat. Ego sum via, veritas & vita, vt habetur Ioann. capit. 14. & Psalmo. 24. dicitur: vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. &c.

Ergo quam diu iudex aut Viſitator ſequitur veritatem, & iuſtitiam, dicitur miniſter Dei.

26 ¶ Vnde cum facit iniuſtitiam non eſt miniſter Dei, ſed potius diaboli, nec tuc dicitur iudex. cap. iuſtum. 23. q. 2. & notat gloſ. in. c. cum æterni. verb. iudex. de re iudic. lib. 6. Et dicit Caſiodorus. lib. 3. epiſt. 28. tam diu iudex dicitur, quam diu iuſtus putatur.

27 ¶ Idem dicitur prouerbiorum. ca. 16. quod iuſtitia eſt magis acepta apud Deũ quam immolare hoſtias.

28 ¶ Et dicit Bald. in. l. 2. col. fin. C. de ſen tent. ex breuitate recit: quod iudex debet habere duos ſales, vnum qui dicitur ſal ſcientiæ, alias dicitur inſipidus, & aliũ qui dicitur ſal conſcientiæ. alias dicitur diabolicus, immo iudex, qui non facit iuſtitiam, non ſolum non dicitur iudex, verum etiam nec homo poterit appellari. Sed cõnumeratur inter animalia bruta, teſte Ariſtotele Politicorum. 1. vbi ait.

29 ¶ Sicut optimum animalium eſt homo

mo lege fruens ita pessimum animaliũ est homo à lege & iustitia separatus.

30 ¶ Ex quibus potest inferri quod quando factum seu mandatum Visitatoris est notorie & euidenter iniustum, non tenetur subditus ei obedire, immo inferior iudex se intromittere potest reuocãdo dictum factum seu mandatum iniustũ propter eius notorietatem. Casus est in. c. solicitudinem. verb. si vero, & ibi Philip. de appellat. Hinc est quod sacerdotes non seruant mãdata facta à Visitatore si sunt iniusta obuiando, vt non sortiantur effectum tale mandatum vide Card. Zab. in clem. 2. num. 10. de pœnit. & remis.

31 ¶ Et aliquando si subditi non obediũt immo contemnunt talia mandata forte per contemptum & inobedictiam sunt veluti laquei & offendicula.

32 ¶ Qua propter Ioannes Gerson. in sermone de vita clericorum & Abulens in floribus super Math. eadem. 23. refert. Frias tract. de visita. cap. 17 dicunt vt in libro visitationis nõ ponatur multa man-

mandata nisi necessaria, & non procedere debet ad mandata talia nisi cum maturitate.

33 ¶ Nam festinata reprobantur, & virtus lenta est omnium per contratrix, iniquitas autem omnia præcipitat. c. inter hæc, de pœnit. dist. 3. Hinc. Bias philosophus hoc intuens inquit, quod consilio sunt contraria ira & festinantia & dicit Titi, Liuij. lib. 1. de bello Macedon. nullá rem consilijs tam inimicam esse quam celeritatem, festina ergo lente, & nõ respondeas ex tempore.

34 ¶ Præterea Visitator debet procedere in omnibus iudicialiter & in forma iudicij cum cognitione causæ & facto processu. vide Fel. in. c. si quando. n. 8. de rescriptis. vbi dicit: aduerte, quia dũ dicit superiorem posse præcipere subdito, etiam sine causa, loquitur in spectantibus ad officium suum, secus in non spectantibus. An autẽ sit appellandũ in primo casu: dicũt ibi Hostiens. & Ioã. Andr. quod nõ & tale grauamẽ extraiudiciale

non

non transit in rem iudicatam & sequitur ibi late Butr.& nõ obstat dictum Innoc. in.ca.2.in glos. & male de restit.in integrũ: quia secũdũ Abbat.ibi in.6.col.dicit quãdo præceptũ fit sine cognitione causæ,nõ in figura iudicij non transit in rem iudicatã,ita loquitur Innoc.ibi non dicit,quod non valeat,si sit causa nõ cognita,nisi excedat metas suæ potestatis: quia præceptum nõ astringit,etiã si pars taceat,& nõ appellet, quod valde notat Abbas & adde Petrum de Anchar.in regul.ea quæ col.5.ibi & hoc intelligo. de regul.iuris in.6.vbi dixit,quod si præcipitur in spectantibus ad officium iudicis, omissa causæ cognitione,nõ reddit præceptũ nullũ:nisi esset notorie iniustũ. allegat Inno.& Ioã.Andr.in.c.2.& intellige sane in his,quæ habentur p iudicẽ terminari,nõ in figura iudicij,sed in exequẽdo officio,vt cogere clericos ad ꝓmotionẽ,vel residẽtiã:quia in talibus non reperitur traditus certus ordo,& præsumitur pro iudice.Inno.in.c.innotuit de eo qui

furti. ordin. suscep. secus in his quæ deducuntur principaliter in iudicio & debent per sententiam terminari, debent enim expediri ordine iuris & causa cognita.l.prolatam C.de sentent.quia officium iudicis est à iure limitatum in talibus in.l.pro grammata.C.comminationes epistolas.&c. Et per totum titul. vbi mandata iudicum de soluendo debitum siue pœnam, non audita, nec examinata causa non valet. Hoc modo intellige Butr.in.cap.ex parte el.1.ad fin.de verb. sig.vbi dicit, quod sicut post sententiam non reuocatur error.c.fin. de confess. Ita nec post præceptum lacū causa cognita.Secus si non præcessit causæ cognitio propter glos.fin.ibi quā bene notat. Sic intellige Bart.in.l.non fatetur. ff. de confes.& Abb.in.c.peruenit el. 2.col. 2. de appell.Et cum istis concordat: Paul. consil.39.vol.3.de quibus late per Bald. in repet.l.2.ff.de iure iur.sol.7.

35 ¶ Mandata quæ non fiunt cum cognitione causæ sed ex abrupto, non tenere

vim

vim sententiæ diffinitiuæ vel interlocutoriæ ideo non transire in rem iudicatã, etiam si non appellatur Nau. in cap. cum cõtingat de rescriptis allegat Ioannem Lupum. lib. de benef. vacant. in curia. §. fin. probus. c. 2. de constit. l. 6.

36 ¶ Si vero Visitator datus à principe procedit extra iudicialiter, & habet in mandatis, potest nam in principe. semper præsumitur iusta causa. vt notat Felin. in. c. quæ in ecclesiarum de constit. n. 60. refert, & sequitur Rob. Mar. disputatione. 1. num. 33. secus si nõ est datus à principe, aut in iure non exprimatur.

37 ¶ Nam iudex procedendo iniuste extraiudicialiter nõ potest amplius in illa causa procedere iudicialiter: quia satis redditur suspectus illi. Processit enim primo, vt priuata persona, sic videtur, se contulisse aduersarium. gloss. verb. voluerit. c. cõquerente. de restitut. spoliato.

38 ¶ Gloss. verb. copia. c. statutum de rescript. lib. 6. quæ dicit quod si index assumit defensionem super suã iurisdictionẽ

& sic constituit se partem, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio idē tenet Abb.in.d.c.conquærente.n.11. vbi dicit, quod ad prædicta faciunt.c.adhæc.&.c. proposuit.de appell. & hæc solutio.glos. sic intellecta placet Abbati.Nā Hostiēs. soluendo dicebat, quod ideo in.d.c. conquærente seruatur iste ordo iuris, & non proceditur iudicis officio. vt Episcopus puniatur in eo, in quo deliquit, qui primo nullū ordinem seruauerat, ad hoc.c. quāto.verb. ceterum de translationibus Gofr.dicit concordando huic ordini iudiciario, locum esse cum occultum delictum subditi nouit superior, nec apparet accusator vel denunciator quo casu superior tenetur denunciare allegat. cap. duo ista.23.quæst.3.quia de ipsius anima iudex tenetur reddere rationem.c.cognouimus.18.quæst.2.in notorio non, vel cum apparet denunciator superior non agere contra illum sed suum officium exerceret.cap.1.de offic.ord.& quasi per totum ita Abb.

IN VERBO AD RELIGIONEM.

1 *Religio Christiana principaliter circa tria mouetur secundum canonistas.*
2 *Religio non solum ordinat ad Deum quod est proprium religionis, & etiam ad proximum.*

1 ¶Doctores canonistæ dicunt quod religio Christiana circa tria mouetur principaliter, scilicet ministeria officiorum. Sacramēta spiritualium, & negotia, quia per prima familiamur Deo: per secunda nobis: per tertia proximo cōsuluimus ad salutē, vt per obsequia exhibita Deo speremus æterna stipendia & per fidē sacramētorū perueniamus ad intellectū oculorū in officijs, & per absolutionē litium animos proximorū pacificemus in negotijs. vt sit in negotijs charitas, in officijs spes, in sacramētis fides exerceatur, quibus tribus generibus officiorū q̄si tecto pariete & fūdamēto totius dñicę domus

idest sanctæ ecclesiæ officium consumatur.

2 ¶Religio itaq; non solum ordinat ad Deum quod est proprium religionis sed etiam ordinat ad proximum. Iacobus. c. 1. religio munda & in maculata apud Deum & patrem hæc est. Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & in maculatum se custodire ab hoc seculo.

IN VERBO PACEM.

1 *Ad pacem quilibet debet tendere.*
2 *Conseruatio mundi est in pace & in tranquilitate viuere.*
3 *Christus in suo testamento nobis relinquit pacē.*
4 *Romani duo templa construxerunt vnum pacis, alterū iustitiæ quæ claudebātur tēpore belli.*
5 *Pax summopere quærenda est, & qualiter respondit angelus Bedæ, dū pro pace oraret: Beda Beda tace, quia nunquā italia erit in pace.*
6 *Visitatio fit pro pace & concordia inter omnes & fieri potest diæ feriato.*

Ad pa

1 ¶ Ad pacem quilipet debet tẽdere.90 dist.per totum,& de tregua & pace per totum cum ibi notatis per Doct.

2 ¶ Mundi conseruatio est in pace & trãquilitate viuere in proœmio decret. Ant.de Rosellis tract.de concilijs. §. 25. numer.2.

3 ¶ Ideo Christus in suo testamento nobis relinquit pacem. Pacem meam do vobis.Ioan.c.14.

4 ¶ Romani olim duo templa construxerunt sibi,vnum pacis,alterum iustitiæ nec erat via ad tẽplum iustitiæ, nisi per templum pacis:quæ templa claudebant tempore belli.

5 ¶ Igitur summopere pax quærẽda est iuxta verbum Psalm. 33. inquire pacem & persequere eam.c.noli.23.q.1.Laurẽt. Calcan consil.24.n.9.dicit quod Italia quæ in tantum est bellis discordijs,& depopulationibus subiecta diuina quasi permissione,vt nulli nisi bellum discordiam & depopulationem, non pacẽ nisi modicam,vel alterius belli preparatoriã

spe ctare

ſpectare liceat.prout vulgo fertur,reſpõ ſum fuiſſe datum ab angelo venerabili Bedæ.dum oraret pro pace populi Italici.Beda Beda tace,quia nunquam Italia erit in pace.

6 ¶Viſitatio fit pro pace, & concordia inter clericos & religioſas perſonas, ac etiam laycos inducenda. & poteſt fieri diæ feriato.gloſ.fin.in fin.cap.fin.de fer. & dicit.l.7.tit.22.p.1.Deue el Arçobiſpo allegar todo el pueblo de aquel lugar, y viſitar tambien los clerigos como los legos,e predicarles que tẽgan, e guarden la Fe de nueſtro ſeñor IeſuChriſto:yque ſe guarden quanto pudierẽ de fazer peccados mortales, aſsi como falſo teſtimonio,y perjuro,y adulterio,y de todos los otros de qualquier manera que ſean, y que ninguno no faga a otro lo que no querria que fizieſſen a el.&c.

IN VERBIS

Innocentiamq; accendere.

1 *Populi affectio qualis.*
2 *Innocentis officium est non solum malum non inferre, sed etiam mala cohibere.*
3 *Qui corripit delinquentem non ex odio, sed amore, non solum officium castißimæ innocentiæ sed diligentißimæ seueritatis impleuit.*

1 ¶ Debet Visitator etiam accendere populum ad innocentiam & integritatem, & talis sit populi affectio quæ nemini noceat.

2 ¶ Ad officium enim innocentis, pertinet non solum malum non inferre, sed etiam mala cohibere. capit. non est innocentiæ. 23. quæst. 5. vbi habetur, non est innocentiæ parcendo sinere vt in malum grauius incidatur, sed etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum, vt alij terreãtur exemplo seu correctionis experimento.

3 ¶ Ideo qui corripit delinquenté nõ ex odio, sed amore: non solũ officium castissimæ innocentiæ, sed diligentissimæ seuerita

seueritatis impleuit. c. ita plane.23.q. 4. &debet populum accendere.verbo,opere,& exemplo.c.qui Episcopatum.8.q.1. cap.sit rector.43.dist.c.præcipue.11. q.3. c.magne.§.1.deuoto.

IN VERBIS

Cetera,prout locus,tẽpus,& occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere.

1 *Prudentia in Visitatore requiritur.*

2 *Prudens dicitur quasi porro videns, perspicax enim est,& incertorum videt casus.*

3 *Prudentia est recta ratio agibilium.*

4 *Iudicium rectum in hoc consistit,quod vis cognoscitiua aprehendit rem aliquam secundum quod in se est.*

5 *Prudentia vbi est,non habet locum pœnitentia.*

6 *Prudentiæ partes sunt memoria, intelligentia, prouidentia.*

7 *Prudentis est præsentia ordinare,futura prouidere,præterita recordare.*

Pruden

8 *Prudentia maiori ex parte in sene inuenitur vbi multa de prudentia.*

9 *Visitator non sit iuuenis, & quas partes debet habere.*

10 *Episcopus quem debet in Visitatorem eligere.*

11 *Officialis qualis eligendus an nobilis.*

12 *Nobilitas generis sola non efficit deo gratum.*

13 *Nobilis (ceteris paribus) præfertur ignobili.*

14 *Professores sacrarum legum canonicarum & ciuilium præferendos, in dignitatibus Episcopatum, theologie professoribus est opinio consultior.*

15 *Iuris peritus dicitur neruus reipublicæ & anchora nauis huius seculi.*

16 *Lites quare extenduntur, ex ignorantia iudicum, & non licet eas extendere.*

17 *Visitatores præsbiteri & vt minimum bachalaurei designentur.*

18 *Episcopus an poßit visitare per officialem, quicumq; sit ille.*

19 *Visitator si idoneus non fuerit & excessum cōmitteret, an Episcopus teneatur.*

20 *Episcopus in electione Visitatoris sit vigilātißimus.*

21 *Visitatorum autoritas qualis & quanta cum principis locum representat.*
22 *Quos fructus dabit Visitator.*
23 *Arbitrio committuntur quæ non possunt in certam regulam tradi.*
24 *Rigor si fuerit scriptus tũc æquitati non scriptæ præfertur & æquitas scripta rigori nõ scripto.*
25 *Lites dirimentes, sciant quod ipsi à Deo iudicabuntur.*
26 *Visitator debet esse contentus honore, vtilitatẽ reseruet fidelibus.*
27 *Visitatores vltra iuris metas an habenas laxare poßint.*
28 *Ratio de arbitrarijs non potest reddi.*
29 *Iudex si debitam pœnam non imponit tenetur restituere in foro conscientiæ.*

1 ¶In Visitatore prudentia requiritur, cõcordat.c.1.§.sane.ibi iuxta datã sibi à Deo prudẽtiã, quæ est virtus Cardinalis.

2 ¶Et dicit.S.Isidor.prudẽs dicitur quasi porro videns: perspicax enim est, & incertorum videt casus.

3 ¶Sequitur.S.Thom.2.2.q.47.ad primũ vbi

vbi dicit quod prudentia est recta ratio agibilium.

4 ¶Et rectũ iudicium consistit in hoc quod vis cognoscitiua aprehendit rem aliquam secundum quod in se est: quod prouenit ex recta dispositione virtutis apræhẽsiuæ. Sicut in speculo si fuerit bene dispositum, formæ corporum secundum quod sunt imprimuntur: si autem speculum fuerit immundum, seu maculis conspersum, imagines ibi apparent distortæ, & de formes.

5 ¶Et dicit Seneca vbi prudentia ibi nõ habet locum pœnitentia. propter quod tria numerãtur in tex. nostro scilicet locus, tempus, & occasio.

6 ¶Partes prudentiæ sunt memoria, intelligentia, prouidẽtia. Verum enim vero qui initium, & finem considerauit, facile intelligere poterit mediũ. vñ notat Ioan. Matiẽzo in dialogo Relatori. 3. p. c. 58. n. 5. vbi allegat. l. partite.

7 ¶Seneca in lib. de virtutib. c. 1. inquit si animus trius prudẽs est. p̃sentia ordina,

futura prouide, præterita recordare.

8 ¶Quæ prudentia maiori ex parte in sene inuenitur & dicit D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum senectus ætate fit doctior, vsu tritior, processu temporis sapientior. In antiquis itaq; est sapientia & in multo tempore est prudentia.

9 ¶Iob. cap. 12. Visitator non sit iuuenis Tullius de senectute inquit temeritas est ætatis florentis, prudētia senectutis. Y dize bien el refran Gallego, mal vay a o passariño, q̃ anda en mao do minino. Hoc est, mal va al paxarillo que anda en mano del muchachillo. Et debet habere scientiam suficientem. glos. 2. l. 18. tit. 9. p. 2. per quam suo possit satisfacere officio. l. ad rempublicam. ff. de muneribus & honor. notat Rebuff. prax. benefici. de Vicarijs Episcoporum. num. 29. debet esse idoneus. c. fin. de uoto, & intelligo idoneum, moribus scientia & ætate. cap. cum incunctis, de Election. Cōcil. Trid. sess. 24. c. 12. debet esse curiosus hoc est

soli-

solicitus Bald.in.l. si quando inuitos. C. de testib.n.2.In sacris ordinibus & ecclesiasticis ministerijs requiritur maturitas ætatis,grauitas morum,& literarũ scientia.Multo fortius debet inquiri in eo qui ad curam aliorum positus est,aliter nãq; esset corruptela ignorare qualiter ceteri in domo Dei pòssint conseruari. golf. 1.Greg.l.17.tit.5.p.1.

10 ¶In hoc aduertat Episcopus quem elegit ad officium visitationis, non cõcedat tale officium petẽtibus sed benemeritis & eos viros egregios, in se cessu latentes,honoresq; minime ambientes eligat,non inquam petitores frontis prostitute,obtundentes, atq; etiam enecantes ambiendo,efflagitando, se se venditando aulicos sed viros iustos & honestos eligat.

11 ¶In Electione itaq; officialis consideranda est nobilitas, prudentia, fidelitas & bona conscientia cum mentis integritate proueniens.Platea.l.1. C. de conditis in public.lib.10. Poca sciencia y mu-

cha conſciencia, dize el refran. Mas vale puñado de natural q̃ almoçada de ſciencia. Ad regimen proprie conuenit prudentia & iuſtitia Hierem.cap.23. Nõ Autem nobilitas ſola generis. Vnde cũ duo contenderent de electione Papatus, & vnus allegaret nobilitatẽ alterius, alius ex aduerſo reſpondit, piſcatori Petro fabri filio ſucceſſorem quærimus non augusto. Nobilitas faſtum, faſtus litem parit, armat lis odium, capiũt hæc tria mortis iter. gloſ. verb. inuidia. c. quoniam vetus. 24. q. 1.

12 ¶ Nobilitas generis ſola nõ efficit Deo gratum ſed morum honeſtas, ac virtutum nobilitas. tex. in. cap. venerabilis de præbend. & dignitat. Nec apud Deũ gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. cap. ſicut excellẽtiam veſtram. 23. q. 4. His adde D. Hieronym. in prologo ad Romanos qui in hæc verba prorupit. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis, quaſi non morum imitatio magis quam carnalis natiuitas filios

vos

vos faciat esse sanctorum. Vnde Seuerius de consulatu philosophico inquit, quid genus, & proauos strepitis: si primordia vestra autoremq; Deum expectes, nullus degener extat, ne vitijs peiora fouens proprium deserat ortum.

13 ¶ Ceteris tamen paribus nobilis ignobili est præferendus. Sed cũ prudẽtia sit propria virtus præsidẽtis. Arist. Politicorum. 3. c. 3. & iudici anexum sit iudicare.

14 ¶ Obtinuit opinio consultior doctorũ existimantium professores sacrarum legum canonicarum & ciuilium præferendos in dignitatibus Episcopatum doctoribus theologiæ, notat Decius. in. capit. ne initaris in fin. de constitut. Abb. cap. 1 de consanguin. & affinit. n. 9.

15 ¶ Vnde iuris periti dicũtur nerui reipublicæ & anchoræ nauis huius seculi. glos. in Prag. Sanct. de collationib. §. videlicet tom. 1. col. 1. & dicit. l. 8. tit. 31. p. 2. ibi. La sciẽtia de las leyes es como fuẽte de iusticia, y aprouechase de ella el mundo mas que de otra sciencia. Istam quæstionem

vocat triuialem Sot.lib.3.de iustit.& iur. q.6.art.2. verb. in primis si mea opinio, col.2.

16 ¶Manifestum est enim lites in lõgius proferri plerumq; ex ignorantia iudicũ. l.1.tit.4.lib.3.ordin.lites autem coarctare reipublicæ expedit.& modi sunt quærendi vt lites citius finiri poßsint clem. vnica in fin.de conceßsion.præbend. ca. finem litibus. de dolo & contumatia. l. 12 in verb.retengat.lib.3.ord.&adde.l.1. &.2.tit.22. lib.4.ordi.noui.

17 ¶Concilium autem ProuintialeCompostellanum action.3.decreto.16.determinauit dicens. Visitatores præsbiteri, iam & vt minimum bachalarij. iurium quam aliarum sciẽtiarum, maius autem priuilegium datur bachalarijs iuriũ quã aliarum sciẽtiarum in Pragm. Sanction. tit.de collationibus.§.videlicetvbi bona

18 glos.¶Dubitari potest,anEpiscop.poßsit visitare per alium quicunq;sit ille.Soluit Domin.in.c.si Episcopus de offic.ordin. lib.6.dicens quod non.immo debet esse

idoneus allegat.cap.Episcopum.10. q.1. vbi tex.dicit præsbiteros probabiles, allegat etiam cap.intercetera.de offic. ordinar.vbi tex.dicit viros idoneos.

19 ¶Si autem non fuerint Visitator idoneus aut probabilis &absq; prudentia in visitatione processerit,ad excessum cõmissum à Visitatore Episcopus tenetur arg.tex.in.l.1.in pr.ff.de exercit.actione vbi præponens aliquem exercitio nauis tenetur ex eius delicto.leg.obseruare.§. proficisci. ff. de officio proconsul.ibi si quid vxores eorum qui ad officia proficiscuntur,deliquærint ab ipsis ratio, & vindicta exigatur.Notat Archid. & Dominic.in.c.si Episcopus.num.4.de offici ordinar.lib.6.

20 ¶Ideo Episcopus in electione Visitatoris debet esse vigilantissimus non debet ad flatum venti scilicet affectionis, cognationis,aut amicitie cogitari. nam talis electio in amaritudinem damnationis vertitur.C.quatuor.&cap.quicumq; 11.q.3.& qui amat patrem aut matrem,

aut filium, aut consanguineum: plus me nō est me dignus. Math. c. 10. igitur si amicus intenditur, cur Deus offenditur? Augustinus ad Bonifacium refert Grat. in cap. miror. 17. q. 4. & est prima lex amicitię ne rogemus res turpes, neq; faciamus rogati: vt inquit. Cicer. de amicitia, cui videtur respondere dictum Aristot. æthicorum. 1. non licet fauere amico nisi vsq; ad aras. quibus concinit illud Valerij. lib. 6. loquentis de Rurilio, cui dictū fuit: quid mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis. Respōdit Rutilius & quid mihi tua, si propter te aliquid in honeste facturus sum. de negligētia ideo Visitatoris dabit rationem Episcopus. Sicut beatissimus Papa, si in singulis ecclesijs nō præficiat bonos maxime, atq; idoneos pastores. Concil. Trid. sess. 24. c. 1. in fin. considerare oportet in electione Mathiæ apost. qualiter apostoli orātes dixerūt. ostēde quē elegeris. actū. apost. c, 1. & etiā Platonis dictū qui dicebat beatas fore respublicas in quibus magistra-

tus philoſopharẽtur. Greg.glo.2.l.16. tit. 5.p.2. Aliquando autem non meritis, ſed precibus præficiuntur ad officium Viſitatoris tanto operi impares: quibus ſuccedit illud quod filio ſolis & clymenes nimphe, qui multis precibus à patre ſuo impetrauit, vt currum ſolis, qui quatuor æquis trahitur, vno diæ regeret ſed cum ille Phaeton eſſet impar tanto operi, æquis cum nõ audientibus, ſed extra viam currentibus mũdus incenſus eſt ardore ſolis: quare Iupiter etiam cœlo timens fulmine ipſum Phaetontem in padum deiecit: & in eligentem, & electum erit Anathema maranatha in conſpectu ſempiterni Dei & efficientur pabulum ignis æterni, horum remuneratio extabit.

21 ¶ Præterea hic erit diſceptandum de iudicum ſeu Viſitatorum authoritate cum locum Principis repræſentent. leg. 1. in fine. titul. 15. lib. 2. ord. ius Senatorum. C. de dignitatibus. lib. 12.

lib.12.cuius verba sunt.Ius senatorum & autoritatem eius ordinis (in quo nos quoq; ipsos numeramus) necesse est ab omni iniuria defendere. & iudices funguntur Dei vice & autoritate tanquam eius ministri vt in.cap.nec is.15.q.1. cap. non solum.23.quæst.5. & in specul. vitæ humanæ.lib.1.c.13.& Dei minister est,dicit Paul.apostol.ad Roman. cap. 13. vbi dicit,potestatem ordinationem dei esse quis ergo visitatori non ob temperabit, siquidem autoritate & ordinatione Dei fungitur.

22 ¶Quid enim exercitium,inter mortales ex cogitari præclarius digniusq; potest,quam vnum hominem in republica reperiri inquit Cicero de legib.qui communia pro suis,& sua pro cõmunibus habeat? qui communi vtilitati seruiat? qui velit,& sciat personam ciuitatis gerere, dignitatem decusq; sustinere?certeis nõ modo gloriam &honorem,sed & vtilitatem consequi quam notissimum est. dicit text.hic quod prudentia Visitatoris

consti-

constituat fructus, prout conuenit ad fideles. Iudex seu visitator arbori adequatur apud Varronem legitur rempublicã seu ciuitatem bene ordinatam hortulo seu viridario cõparari: in quo varia sunt arborum, & plantarũ genera, vt fructus suo loco & tempore producere quæat. Refert Ioan. Matienzo in dial. relat. c. 1. p. 3. vbi dicit quod ideo arbor plantatur, vt fructus emittat, & debet habere tres radices, videlicet timoris Dei, scientiæ iuris, & experientiæ. Visitatores sunt veluti quatuor flumina de paradiso terrestri egredientia, & totam terram irrigãtia Genes. capit. 2. ideo sancta Synodus cõmittit prudentiæ Visitatoris cetera.

23 ¶ Ea enim quæ non possunt sub certa regula tradi, iudicum arbitrio cõmittuntur, qui ex varijs figuris causarum decernit, id quod eis æquum esse videbitur. vt in. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligation. l. 1. §. expilatores. ff. de effractorib. & expilat. quandoq; enim arbitrio iudicis cõmittuntur aliquid ad exageran-

dam

dam pœnã.l.aut facta.§.vltim. ff. de pœnis:vnde propter terribiles casus licitũ est leges trasgredi iudici.vt Innoc.in.c.i de constitut.Bald.in.c.obertus in princ. n.2.in quibus caus.fœudũ amitta. Hinc glos.dicit propter immanitatẽ criminis reum mortuũ posse bestijs in cibũ tradi, facit etiã tex.in.c.mulier.15.q.1. vbi pecus traditur morti propter immanitatẽ delicti vt in peccato cõtra naturã: quod quotidie fieri videmus quandoq; etiam denegatur audientia reo propter criminis immanitatem vt in.l. per omnes. C. de defensor.ciuitat.Alciat.lib.1.de verb. significat.num.101. cum seq. Quandoq; datur iudici arbitrium ad pœnarum mitigationem,non enim ita senex torquæri debet, ne forte in tormentis moriatur, sicut iuuenis.l. quid ergo.§. pœna grauior. ff. de his qui notant. infamia. Quãdoq;arbitriũ datur iudici propter in cognitã hominũ voluntatẽ, vt cũ dubitatur casu ne,an dolo quis deliquerit.Quãdoq; etiam propter nimiã negotiorum

varietatẽ vel propter diferentias circun ſtantiarum vt in.d. c. Obertus vbi Bald. & gloſ.in.l.neq; leges.ff.de legib. in quo tit.multas eges inuenies circa hoc.inter dum etiã arbitrium datur iudici propter cognitam eius hominis fidelitatem. arg. legis creditor.§.lutius.ff.mandati.Quã-doq; etiã iudici permittitur arctare vel augere pœnam iure præſcriptam cauſa vitandi ſcandali,vel alijs ex cauſis.leg.8. tit.3.p.7.vbi multa de iſta materia & vide Didac.Couar.lib.2.var.c.9.nu.8.Fel. affatim.poſt Innoc.cap. 1. de conſtit. n. 48. cum ſeq.Guillerm. Bened. in repetit.cap.Rainuntius in verb. adiecte impuberi.num.20. cum ſeq. de teſtament. qui omnium latiſsime id examinat.

24 ¶Et vbi rigor fuerit ſcriptus, tunc æquitati non ſcripte præfertur, & æquitas ſcripta rigori non ſcripto.l proſpexit.ff.qui & aquibus.c.ſcriptum. 6. q. 3.l. inter cauſas.§. non omnia. ff. mandati c.fin.de trãſactio.Bart.& ceteri.in.l.1.C. đ legibus & in.l.placuit.vbi ſalicet.Alex. & Iaſ.

& Iaſ.C.de iudici. ceterum debet iudex aduertere ad ea quæ commiſſa ſunt arbitrio ſuo nempe vt arbitrari ſemper teneatur quod iuri conueniat vt probat Philip.Decius.in.c.ne imitaris,poſt principium.de conſtitutio.& in.c. de cauſis. col.2.de officio de legat. & ita æquitatẽ ſemper ſeruare tenetur quamuis eius libero arbitrio committatur vt Bald.cõſil. 177.col.2.poſt medium lib.1.Nam leges aliquid arbitrio iudicis committẽtes:id faciũt,vt perſonis prouideant,ſicut tyriaca contra venenum. Vt idem Bald. aſſeruit conſil.145. incipit caſus talis eſt in quodam inſtrumento ad fin.lib.3. propter quod in arbitrarijs iudex tenetur facere in re aliena,quod in ſuis fieri deſiderauerit, vel quod ipſe in eis faceret iuxta ſententiam Bart.in.l.1.ff.ſolut. matrimon.Rom.in rubri.de arbitr.col.3.refert Decius.in.l.in perſonam.§.1. in fin. ff.de regul.iur.

25 ¶ Ex quo alibi.Bald.in conſil.211.lib.4 dixit in arbitrarijs ſecundũ conſciẽtiam iudica-

iudicare debet iudex. l. rē non nouā. C. de iudicijs vbi ait dirimentes lites sciāt, quod ipsi iudicabuntur, siquidem litigatores sub hominibus litigant. Iudices autem à iudicio terribili Dei spectēt regulari & causas trutinandas & dirimendas. Iuxta illud qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.

26 ¶ Visitator debet esse contentus honore quem ex visitatione consequitur. Vtilitatem seu fructum. vt dicit tex. noster. reseruet & constituat subditis fidelibus. in. d. dialog. relat. c. 12. p. 3. nu. 14. vbi allegat. Valer. lib. 4. c. 3. quem refert Luc. de Pena. l. 2. C. vt dignit ord. serue. lib. 12

27 ¶ Verum Visitatores potestatem & autoritatem sibi traditam vltra iuris metas non debent protendere nec ita late habenas laxare: vbi alegat Ciceron. in oratione pro Cluentio. num. 128. dicentem, est enim sapientis iudicis cogitare tantum sibi à populo Romano esse permissum, quantum cōmissum sit & creditum & non solum sibi potestaté datam.

vtrum etiam fidem habitam esse meminisse, posse quem oderit absoluere, quē non oderit condenare: & semper non quid ipse velit, sed quid lex & religio cogat cogitare. Animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur. cum hoc sunt videnda, tum vero illud est hominis magni atq; sapientis, cum illā tabellam causa iudicandi sumpserit, nō se putare esse solum, nec sibi quodcunq; concupierit licere sed habere in consilio legem, religionem æquitatem, fidem, libidinem autem, odium inuidiam, metum, cupiditatesq; omneis amouere, maximeq; estimare conscientiam mentis sue, quam à Dijs immortalibus accepimus quæ à nobis diuelli non potest, hæc ille.

28 ¶ Itaq; ratio de arbitrarijs non potest reddi glos. verb. vel quatuor. cap. cū multis de rescript. lib. 6. glos. verb. compleuerint. c. 1. de ætate & qualitate eod. lib. glo. verb. restringere clem. 2. de iudicijs.

29 ¶ Iudex namq; si debitam pœnam nō impo-

imponit in foro conſcientiæ tenetur, reſtituere. Alphonſ. de Caſt. in. l. 2. de lege pœnali. c. 12. &. 13. ſequitur Nun. Auend. cap. 7. num. 7. præt. p. 1.

IN VERBIS

Quæ vt facilius, fœliciusq; ſuccedant, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio expectat vt paterna charitate Chriſtianoq; zelo omnes amplectantur.

1 *Neceſſario ſequitur ſapientes fœliciter abſolute fortunate viuere nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.*

2 *Sapientes vocantur optimi profeſſoris iuris ciuilis.*

3 *Iudex qui recte iudicat, ſtaterã in manu geſtat.*

4 *Magiſtratus virum oſtendit ſi rite & recte geſſerit, præmia digna fert.*

5 *Prælati qualiter debeant diligere ſubditos.*

6 *Prælati negligentes qualiter punientur.*

7 *Pater malos filios non puniens qualiter punietur.*

8 *Pastoralis curæ officium præcipuũ est charitas.*
9 *Charitas ecclesiam ædificat.*
10 *Charitatis effectus.*
11 *Mores mali vbi non corriguntur charitas non est, sed languor.*
12 *Regnum Dei non acquiritur in amplitudine graduum, sed in sublimitate charitatis.*
13 *Zelus indiscretus reprobatur, & quid de zelo Christiano.*
14 *Iudex ecclesiasticus punire zelo correctionis delicta multa pecuniaria.*
15 *Iudices ecclesiastici curabunt pœnas pecuniarias pro criminibus inflictas potius in pios vsus quam in propriam vtilitatem erogare.*
16 *Iudex ecclesiasticus quando potest conuertere pœnas pecuniarias in proprios vsus.*
17 *Iudex ecclesiasticus laycum an possit imponere pœnam pecuniariam.*
18 *Visitator pauper potest multare subditos pœna pecuniaria & in suos vsus conuertere.*
19 *Pauperem bene principari impossibile est.*
20 *Iudices fiunt venales propter egestatem.*
21 *Pauper ab administratiõe officij publici arcetur.*

Cicero

1 ¶Cicero.3.de finibus dicit necessario sequitur,omnes sapientes semper fœliciter,absolute fortunate viuere,nulla re impediri,nulla prohiberi,nulla egere.

2 ¶Vnde optimi professores iuris ciuilis vocantur sapiẽtes notat Abil.c.1. prætor.verb.fiel.n.8.allegat.l.2.§.deinde sexus.ff.de origin.iur.& Luc.de Peña in.l. quoties.C.de Ponderatoribus lib.10.

3 ¶Insuper quando quis recte iudicat stateram in manu gestat.ca. cum æterni tribunal. de re iudicatalib. 6. verb. stateram.&in.c.omnis.45.distint. condemnans condemnandum, & absoluens absoluendum.

4 ¶Vnde Aristot.vt refert Cicero magistratus virum ostendit si rite & recte gesserit,idest seruato iuris ordine & iuste iudicauerit,præmia digna fert.vt Amodeus iusti,in tract.syndicat. in præfactione dict.tractatus,& iusto non aduersabitur quicquam malignum. cap. iniustum.11.q.3.& iustus est qui iustitiam facit:vt in.d.cap.iustum.propter quod nõ

debet declinare ad dexteram vel ad sini stram. cap. qualiter & quando el. 1. de accusationib. l. vbi. C. ad legem. Cornel. de falsis ideo vocatur sedēs in medio vt in c. quoad cōsultationē de re iudicat. Specul. in tit. de aduocato. §. 5. vers. itē de iustitia, num. 13.

5 ¶ Prælati debent diligere subditos tanquam filios & fratres. Concil. Trid. sess. 13. c. 1. de reformat. vbi ait, vt prælati meminerint se pastores non percussores. Propterea dicit Gregor. in moralibus quem refert Gratian. in. c. vera. 45. dist. quod vera iustitia compassionem habet, falsa vero de dignationē: quãuis & iusti soleāt recte peccatoribus indignari sed aliud est quod agitur typo superbie. aliud quod zelo disciplina. Indignātur etenim sed nō de dignātes sunt, & dicit Hieron. in Hierem. vt in. c. recedite. ead. dist. boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorū infirmitates pēsantes, magis perhumilitatis & māsuetudinis leuamētū student peccātes ab erroris laqueo eruere, quam

quam per austeritatē in foueā perditio-
nis mitētes propellere vnde doctor gen
tium inquit factus sum infirmus infirmis
& dicit Ouid.3.trist.si quoties peccāt ho
mines sua fulmina mittat Iupiter, exi-
guo tēpore in ermis erit. Et debet esse vi
sitator potens in opere & sermone, vt
exemplo vite, verboq; doctrine, fratres
suos & instruere posit in bono, & à malo
etiam reuocare, zelū religionis habēs se
cundū cōscientiā, vt delinquentes corri
piat, & castiguet, obediētes foueat, & cō
fortet. cap. cū ad monasterium. §. prior
de statu monacho.

6 ¶ Si vero negligēs fuerit. l. 16. tit. 7. p. 1.
dicit. Porq̄ no tā solamēte à de lazeriar
por el mal q̄ fizo, mas aun por el mal q̄ fi
zierō los otros tomādo mal exēplo del,
ē no los castigādo como deuia. Durū ver
bū est istud pro prælatis negligētibus. c.
qualiter & quando. §. pen. de accusat.
cap. irrefragabili de officio, iudic. ordi-
nar. nam prælatus licet in se sit bonus, &
sanctus, tamen non solum æternaliter,

ſed aliquando temporaliter punitur, ex hoc quod exceſſus ſubditorum ſuorum non punit.
7 ¶ Et idem in patre malos filios nõ punientem Abb. in cap. licet Hely. num. 2. de ſimonia & qualiter Viſitator procedat tex. hic dicit paterna charitate omnes amplectantur.
8 ¶ Paſtoralis curæ officium ſeu præcipuum ac excellentiſsimum ipſa charitas eſt, quæ tanta debet eſſe in paſtore, quod cum Petro poſsit dicere animam meam pono pro te. Ioan. c. 13.
9 ¶ Hæc eſt enim quæ eccleſiam ædificat, quoniam ſcientia inflat, ſed charitas ædificat. 1. Corinthio. c. 8. hæc eſt quæ operit multitudinem peccatorum: quoniam vniuerſa delicta operit charitas. Hæc patiens eſt & benigna, non emulatur, non agit perperam, nec quærit quæ ſua ſunt. Sed omnibus omnia communicat: non gaudet ſuper iniquitate: omnia ſufert: omnia ſuſtinet. 1. Corinthio. c. 13. Sine ea cetere virtutes nihil ſunt, ſine ea
nemo

nemo poteſt peruenire ad regna cœlo-
rum, quoniam eſt veſtis nuptialis, qua ca
rens proijcitur in tenebras exteriores
Matthei: cap. 22.

10 ¶Hæc eſt quæ ab alto de ſinu patris fi
lium Dei traxit in vterum virginis: vt à
faucibus diaboli nos eriperet, ne perde-
ret, quos in carne creauerat, ex charita-
te enim Dei filius pro nobis natus dolẽs
& gemens; qui prius erat pater factus eſt
frater: hæc eſt illa virtus quam præ cete
ris omnibus Dominus cõmendans Apo
ſtolis. Hoc eſt præceptum meum, vt dili
gatis inuicem, ſicut dilexi vos. Ioan. cap.
15. & vbi charitas nõ eſt, non poteſt eſſe
iuſtitia. cap. Vbiſana. 24. q. 1.

11 ¶Ideo vbi mali mores non corrigun-
tur, non eſt charitas ſed langor. cap. non
putes. 23. q. 5. propterea charitas ædificat
cap. niſi. §. pro defectu, de renuntiatio.

12 ¶Et debent aduertere Viſitatores
quod regnum Dei non acquiritur in am
plitudine graduum, ſed in ſublimitate
charitatis. c. ad aures. de tẽpor. ordinat.

Et non solum debent Visitatores amplecti omnes charitate paterna sed etiam zelo Christiano.

23 ¶Zelus in discretus reprobatur. c. in perpetuũ.24.q.3.si aliquando zelo Christiano mali ab eo puniuntur talis amplexus amore fit, exẽplum enim habemus de Mose qui idolatras ex amore puniuit exod.32. & in. capit. quid crudele. 23. quæst.4. vbi abi ait sic plane & Apostolus non crudeliter sed amicabiliter tradidit hominem satane in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit in diæ Domini nostri Iesu Christi: tradidit & alios, vt discerent non blasphemare.1. Timot. capit.1.

14 ¶Præterea iudex ecclesiasticus zelo correctionis, & punitionis potest punire aliqua delicta multa pecuniaria vel statuto vel sententia, potissimum vbi illa magis timetur, vt declarat Abb.in.c. 3. de pœnis.glos.2.in.d.cap.3.dicit quod cum ius statuit pœnam pecuniariam infligendam quicunq; cognoscit de illo crimi

crimine,illa poteſt infligere.allegat. l.2. §.vltim.ff.de iudici.& cap.in Archiepiſcopatu.de raptorib. cap. cum deuotiſsimam.12.quæſt.2.

15 ¶In quo debent aduertere vt pœnas pecuniarias pro criminibus in flictas in pios vſus potius quam in propriam vtilitatem erogare procurabunt Felin. in. c. irrefragabili. §. ceterum de offic. ordinar.Concil.Colonięſe.tit.de iuriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. cap.8.text. optimus,in.c. cum ſit nimis. §. vltim. de Iudeis.cap.cum tu,de vſuris.ad ſuſpitionem auaritiæ tollendam iudex eccleſiaſticus pœnas pecuniarias conuertat in pias cauſas.Couar. lib.2. variarum.cap. 9. numer. 9. allegat Concilium Colomenſe in.d.cap.8.

16 ¶Vbi dicit Couar.quod vbi ſententia iudicis datur in pœnis pecuniarijs, ſi tamen talis pœna fuerit in ſtatuto aut conſtitutione ſancita poterit iudex eccleſiaſticus expendere pœnam in proprios vſus quod fit autoritate ſtatuti ſeu legis

prepte

propter quod suspitio auaritæ ab esse vi detur ab ipso iudice: allegat Host. Abb. & Felin.in.c.irrefragabili.§.ceterum.de offic.ordin.& Bernard. Diaz. prax. crimin.c.134.vbi dicit quod delinquentes non sunt puniẽdi pœnis pecuniarijs quã do fit ad imbursandum quia tunc præsumitur emanare ex auaritiæ fonte, secus si causa correctionis fiat & ex fonte charitatis procedat: quod præsumitur iuste fieri dum iudex non imbursat. Sed pauperibus erogat & vide Abb.in. d. c. 3. de pœn.num.fin.& num.8.

17 ¶Dubitatur an Episcopus possit imponere pœnam pecuniariam layco tem poraliter sibi non subiecto & dicit quod si iudex ecclesiasticus in aliquo casu vendicat iurisdictionem in laycos tunc potest imponere pœnam pecuniariam.

18 ¶Et etiam Visitator potest mulctare subditos si est pauper: & per sententiam delinquentes pœna pecuniaria mulctare & eam in proprium victum expẽdere. vt notat Bernar.Diaz vbi supra cõclusi.

tertia

tertia notat Coua.vbi supra cõtigit multoties egere Visitatores quia Episcopi non soluunt salarium, & si soluunt est tã paruum & exiguum cum quo vix buccã seu oris concauitatem inflare possunt.

19 ¶Ideo Arist.2.Politic.inquit impossibile est egentem bene principari.

20 ¶Et propter egestatem venales fiunt cap.7.

21 ¶Pauper etenim ab administratione officij publici arcetur.l. ad subeunde. C. de decurio.lib.10.

IN VERBIS

Ideoq; modesto contenti æquitatu.

1 *AEquitatu modesto Visitatores debent esse contenti.*

2 *Valetudo quibus conseruatur.*

3 *Mens humanæ dignitatis & potentiæ auida, nec abstinere nouit auetitis nec gaudere concessis: nec pietati adhibere consensum.*

4 *Modus suus cuiq; est in omnibus rebus tamen*

magis

magis offendit nimium quam parum.

5 *Archiepiscopi, Patriarchæ, Episcopi, Cardinales Archidiaconi, Deconi quot æquitaturas secum portabunt.*

6 *Episcopi appellatione, Papa etiam continetur.*

7 *Cardinales quot æquitaturas secum ducere possunt.*

8 *Homo non dicitur sed bellua qui nolit quod lex vul ius & ratio.*

1 ¶In hoc loco imbuere, & instruere more suo desiderat sancta synodus qualiter debeant esse contenti Visitatores modesto æquitatu.

2 Cicero lib.2.officiorum ait valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum quæ aut prodesse soleant, aut obesse.

3 ¶Continentia autē in omni victu omniq; cultu corporis tuēdi causa, & in prætermittēdis voluptatibus. Si vero habene cupiditatis nō cohibētur, mēs humanæ dignitatis, & potētiæ auida nec abstinere nouit auctitis: ne gaudere cōcessis: ne

ne pietati adhibere cõsensum ait leo Episcopus quẽ refert Gratian. 47. dist. cap. virum & in. cap. de testãda. de cõcession. præbend. lib. 6.

4 ¶ Propterea dicit Cicero de oratore in omnibus rebus & si enim suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimiũ quam parum. c. cũ apostolus de cẽsibus.

5 ¶ Et. l. 2. tit. 22. p. 1. dicit quod Archiepiscopus. visitãs potest secũ ducere. 40. vel. 50. æquitaturas idẽ intelligo dicẽdũ de Patriarchis & maxima cũ ratione licet in iure nõ reperiatur expressum Episcop. 20. vel. 30. Cardinalis. 25. euectiones Archidiaconi. 5. vel. 7. Decanus vero ab Episcopo cõstitutus duobus æquis debet esse contentus & pro Decano intelligit glos. de Archipræsbiteris ruralibus facit c. fin. de offic. Archipræsb. Episcopis etiã videtur cõcessũ dũ visitãt, vt possint secũ ducere. 40. æquitaturas secundũ glos. in c. intercetera. 10 q. 3. quam allegat Marian. Socin. tract. de visitatione lib. 8.

6 ¶ Vel potest dici secũdum. Hostiens. quod

quod ibi Episcopi appellatione continetur Archiepiscopus nam etiam Papa appellatur Episcopus vt in prima decretal. in lib.6.& in prima clementina. & dicit idem Socinus vbi supra, quod dispositiue concordat dict.tex. cum Apostolus, est tamen aduertēdum quod ea quæ de Cardinalibus dicta sunt, intelligi debent de Cardinalibus qui non sunt Episcopi cum sint legati non seruant dictum.tex. propter quod dicit Hostiens. vtinam essent Cardinales contenti de.30. & dicit idem Socinus quod licet Egidius dicat quod ipsi etiam si legati sint prædictum numerum seruare tenentur. tamen ipse hoc non credit. cum in dicto capit. cum Apostolus delegatis nullam mētionem faciat. Vnde secundum Hostiens. numerus prædictus debet intelligi taxatus cū visitant suam parrochiam in quā habent iurisdictionem quasi Episcopalem de iure.cap.his quæ.de maiorit. & obedient. Hoc quod dictum est de iure habetur sed non seruatur.

7 ¶Cardinales namq; ad libitum æquitaturas quas volunt ducunt in his ordo seruetur.

8 ¶Aliter qui nolit quod lex vult, ius & ratio non dicitur homo, sed bellua ait Marc. Mantua. consil. 134. n. 8. glos. verb. nomen in pragm. Sanct. tit. de collation. §. item vt de cetero.

IN VERBIS
Famulatuq; studeant.

1 *Visitatores quo numero personarum comiti seu aßociari poßunt.*

2 *Euectio quælibet an poßit habere vnum æquitē & vnum peditem custodem.*

3 *Duo sunt tertia pars de Sex.*

4 *Numerus si excedatur in aliquo puta in vno aut duobus non est mirum, cū ius in omnibus seruari non poßit.*

5 *Visitator si excedit numerum personarum & pro illis procurationes nō exigat, non est hoc prohibitum.*

6 Ambasiatores quibus est permissum ducere tot æquitaturas, possunt vnum famulū pedestrē ducere inter duas æquitaturas.

7 Multitudo onerosa nihil habet honesti.

8 Visitatores si proficiscuntur cum canibus & falconibus non quærūt quæ sunt Christi, sed sua & qualiter puniantur.

9 Numerus taxatus per canones non recipitur vbi ecclesia grauatur quod fit à sacerdote.

10 Seruitutem habens adaquandi certum numerum pecorum si plus ducis ad aquam quam habes, superflua possint per Dominū remoueri.

11 Visitator an possit prohiberi maxime quando numerus superfluus à permisso separari nō potest.

12 Subditus (si Visitator excedit numerum) protestetur se esse paratissimum illum recipere cū numero debito.

13 Subditi an possint à Visitatore excōmunicari si Visitator non recipitur propter excessum euectionum.

14 Sententia excōmunicationis quantumcunq; iniusta an semper teneat etiam si error in ea expressus sit.

Capitu

15 *Capitulum, cum ad quorundam, qualiter intelligatur.*

16 *Visitator si excõmunicat subditum quia eũ non recipit propter numerum personarũ excessũ, talis excõmunicatio non tenet.*

17 *Sacerdos potest remouere euectiones superfluas*

18 *Si aquæ quam debes ducere per fundum meum, aliam aquam ad miceas: non tantum ad mi- sta aqua, sed etiam ab illa quam solitus eras ducere te arcebo.*

19 *Quot, & quantas personas, & quales potest Episcopus introducere in monasterium tempore visitationis.*

20 *Episcopus quando visitat ecclesiam cathedralẽ quas personas secum ducere debet.*

21 *Notarius Visitatoris an debet esse clericus.*

22 *Layci ciues non debent interuenire cum Visitatoribus in visitatione.*

1 ¶Quo numero personarũ Visitatores comitari seu associari possunt, in hoc sunt variæ opiniones quas recēset Socin. in tract. visitation. vbi supra quidam dicunt, quod quãtus numerus euectionũ

 expri-

exprimitur,tantus possit esse numerus personarum.

2 ¶In tãtum quod euectio quælibet vnum æquitem,& vnum peditem custodem habere possit. Indecẽs enim & præter decorem esset quod æquitatores & maxime prælatorũ socij proprios æquos custodire,& hunc intellectum stilus curie aprobare videtur,quando enim aliquis nuntius sedis apostolice prouideri mandatur,si exprimitur de quatuor euectionibus,intelligitur de octo personis. Sed hæc opinio videtur nimium grauare ecclesias. Alij vero dicũt quod numero euectionum quarta pars personarum iungenda est,in tantum quod siquis mittitur numero sex euectionum habebit octo personas. Si vero mittitur cum duodecim habebit.16.

3 ¶Sed aduerte secundum Arithmeticos isti non bene ponunt exempla. nam duo sunt tertia pars & non quarta pars de sex & sic de singulis & sic arbitror quod velint dicere de quarta parte omnium

nium personarum simul iunctarum, dicunt tamen quod licet hæc opinio expresse videatur per cap. in singulis de statu monachorum in princ. & tamen numerum personarum nimis restringere videtur propter quod dicit Henric. Bohic. in. c. cum ad quorundam de excessibus prælatorum quod hoc potius arbitrio boni viri relinquendum est, qui diuersas locorum consuetudines & personarum qualitates considerabit cuius arbitrio quandoq; pauciores concedētur. l. 17. tit. 7. p. 1. dicit. E ninguno deue aduzir mas de seys bestias e ocho omes. In aliquibus enim regionibus quælibet euectio ad minus habet custodem, & hoc potissimum est necessarium quando vnus solus est æques ne forte đ illo dicatur ue soli: quia cum ceciderit, non est qui subleuet eum vt Salom. & in capit, illud. 7. q. 1. & in cap. in omnibus. 81. dist. in alijs vero regionibus due euectiones habent vnum custodem, & hoc æquum & sufficiens esse videtur in illis qui plures du-

cunt euectiones & hæc consuetudo potius videtur consideranda, quia quasi vbiq; cõmuniter obseruatur vt in cap. erit autem lex. 4. distin. his visis & considera tis arbitrabitur bonus vir seu iudex. arg. cap. fin. de transactionibus.

4 ¶ Sed cum omnia non possunt secundum ius seruari si numerus taxatus aut arbitratus in aliquo excedatur puta in vno aut duobus non est mirũ iusta glos. fin. in prooemio decretalium Henric. tamen qui videtur residere quod excessus numeri personarum ad numerum euectionum potest esse in quarta parte intelligendo vt supra, dixi & hoc de iure per. d. c. in singulis, vel etiã ex generali cõsuetudine in tertia parte hoc est quod due euectiones habeãt vnam personam.

5 ¶ Ant. de Butr. optime. in. d. cap. cum ad quorundam. nu. 3. de excessib. prælat. vbi dicit quid si numerũ excedat, & pro illis procurationẽ non exigat. dicit quod hoc non est prohibitum: quia in hoc casu duo requiruntur copulatiue scilicet quod

quod vt procurationem exigat,& ducat vltra numerum.

6 ¶Et dicit Abb.in.d.c.in singulis.nu.1. quod Ambasiatores quibus est permissum ducere tot æquitaturas: possunt vnum famulum pedestrem ducere inter duas æquitaturas seu duos æquites.

7 ¶Et multitudo onerosa nihil habet honesti in authent.de referenda.col.2.c. si officia.59.dist.c.legimus ad fin. 93. dist.

8 ¶Quid erit si Visitatores proficiscuntur cum canibus venatorijs falconibus &alijs auibus si hoc faciunt,quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, vt in.d. capit.cum apostolus de censibus. clem. 2.de censib.&talia facientes incidunt in pœnam.capit.1.& cap.2.de cleric.venatore.sequitur Imol.in dict.clem.2.& credo dicit idem Socin. vbi supra quod isti debent puniri tanquam transgressores canonum vide glos.verb. in hibemus in capit.generali de election.& elect.lib.6. in hac quæstione vide omnino legem 57. titul. 5. part. 1. vbi videbis an prius

debet fieri monitio antequã ab officio priuentur per tres menses quidquid displiceat Episcopo Calagurritano in praxi criminali.verb.venatores.

9 ¶Quæro etiam quid erit dicendum si Visitator excedat prædictum numerũ taxatũ qualiter subditis sucurratur.glos. fin.in cap.intercetera,10.q.3.vbi dicitur nec numerus taxatus per canones est recipiendus.Si ecclesia grauatur vt habetur in.d.cap.cum Apostolus.& in cap. cum ad quorundam.de excessibus prælat.illos ergo qui superflui sunt potest remouere sacerdos.

10 ¶Quia si habens seruitutem adaquãdi certum numerum pecorum : si plus ducis ad aquam quam habes,superflua possunt per Dominũ remoueri. glos. verb. existant,in cap.Cum apostolus de censibus absoluit istam quæstionem Marian. vbi supra.

11 ¶Et si forte superfluus numerus à permisso separari non potest Visitator poterit tali ex causa simpliciter prohiberi secun

ſecundum Vinc.in cap.cum inſtantia de cenſib.allegat etiam leg.1.§.idem quæri tur.ff.de aqua quotidian. & ſtiual. & ſequitur Ioan. Andreas, qui intelligit de impotẽtia ſeparationis quo ad factum, ex eo quia prælatus viſitans,non cõſentit quod pars aliqua admittatur alia parte reiecta.Et ſequitur Zabar. & doct. in d.cap.cum Apoſtolus.de cenſib.

12 ¶Vnde tunc Subditus poterit ſimpliciter talem numerum non admittere. Conſulerẽ tamen ſubdito,quod accerſitis teſtibus & rogato notario, ſi facultas adeſſet,offeret ſe promptiſsimum & paratiſsimum Viſitatorem recepturũ cum debito numero. Et pro teſtaretur quod per ipſum non ſtat,quo minus illum cũ debito numero admittat,per ea quæ ſtatim ſubijciam.

13 ¶Sed pro complemento huius materiæ quæro.quid erit ſi propter exceſſum non recipitur Viſitator,an poſsint ſubditi excõmunicari,& talis excõmunicatio in eos prolata habeat vim.addit.ad Abb.

in cap.intercetera.de offic. ordin. dicit quod talis sententia excommunicationis non valet, allegat cap. cum ad quorũdam. Et ibi doctor, de excess. prælat. Couar. in capit. Alma mater, de sentent. excommunication. lib. 6. part. 1. §. 7. n. 5. in principi. allegat Abbat. in. d. capit. cum ad quorundam. glos. in. cap. cum aposto lus de censib. Soluit, primo dicit, quod forte excõmunicationis sententia tenebit. in contrariũ allegat dictũ. c. cum ad quorundam, de excessib. prælat. vbi tex. videtur esse in cõtrarium. sed glos. pro solutione illius contrarij dicit, quod ille text. continet specialem indulgentiã. In hoc vero per illam Decretalem tenet, talem excommunicationis sententiam esse nullam. Subdit tamen se curius esse quod subditus pœnes superiorem deponat. & est consilium Abbatis vt refert idẽ Abb. in dicto cap. cum Apostolus. n. 4. de censib. Petr. vero dicit appellandum esse, & tollitur omne dubium, & intellige ante excõmunicationem. vt per

Doctor

Doctor.in cap.Sacro.de sentent.excom
municatiom.maxime per dictũ Marian.
Socin.ibidem.Sed Abb.in.d.cap.cum A-
postolus.n.4.pro concordia opinionum
distinguit.quod aut Episcopus excõmu-
nicat subditũ, ex eo quia non vult reci-
pere vltra numerũ taxatum euectionis:
& sententia est nulla tanquam lata con-
tra ius expresso iuris errore, vt in capit.
per tuas.de sententia excommunicatio
nis,& hoc casu potest saluari dictus tex.
in cap.ad quorundam.& sic continebit
ius,& non indulgentiam.Aut error non
fuit expressus in sententia: puta quia
excommunicauit subditum, ex quo
nolebat eum procurare, & tunc aut no
torium erat excommunicationem pro
ferri, quia noluit recipere vltra sta-
tutum numerum. Et credit Abb. e-
tiam excommunicationem non vale-
re, cum sit notorie iniusta.per text.
cum glos.in clem.pastoralis.§.pisana.de
re iudicat.& per notata per Innoc. in
capit.fraternitati.de frigid.& capit.1.de
dilatio

dilationibus: nisi aliud specialitatis esse dicamus in sentētia excōmunicationis.
24 ¶Alij autem doctores vt Archidiac. in cap. venerabilibus. de sentent. excommunication. lib. 6. tenent quod excōmunicatio semper tenet, quantumcunq; sit iniusta, & error sit in ea expressus. Sed primum plus placet Abb. per tex. in cap. Romana. §. in vniuersitatem. de sententia excommunicationis lib. 6. Aut nō est notorium. & tenet sententia, licet sit iniusta. & procedit alia opinio secundum eundem Abbatem Marian. Socin. in. d. lib. 8. dicit. Sed miror de eo, qui videtur ponere prædictam distintionem, tāquā suam, quandoquidem plurimi idem voluerunt: vt apparebit ex infra dicendis. Distinguitur enim quod aut sententia continet in se errorem intolerabilem in ipsa sententia expressum. vt quia dicit excommunico te quia non vis mihi procurari cum centum æquitaturis, & talis sententia non ligat. cap. cum contingat. §. in eo vero casu. de officio de legat. & cap.

cap.1.de ſentẽt.& re iud.& cap.per tuas §.nos igitur,de ſentent.excõmunicat.& in hoc,notorium eſt talem ſentẽtia eſſe iniuſta in cap.ſolicitudinẽ.§.ſi vero notorium.de appell.ſecundum Vincen.Innoc.& Hoſtienſ.in.d.cap. cũ ad quorundam de exceſsib.prælato.qui ſic intellexerunt dictam decretalem.Aut non cõtinet errorem intolerabilem,vt quia Epiſcopus fert ſententiam hoc modo,excõmunicote quia procurationem mihi debitam denegas.capit.cum ex officijs. de præſcriptio.& tunc tenet ſententia ſecundum Hoſti.cum quo Aſtenſ.concordat in lib. 6.tit. de cenſib. ad fin. q. verſ. quid ſi Epiſcopus quod intelligendũ eſt, quod ipſo iure tenet,& in effectu vbi nõ excedit debitum numerum euectionũ vel perſonarum ſecundum quod ſupra dictum eſt.

15 ¶Si vero excedit,non tenet excõmunicatio ipſo iure.Et ſic dicta Decretalis continet ius ſecundum Gofred.ibi & in ſum. de ſentent. excõmunicationis ad fin.

fin.dicētem quod in.d.c.cum ad quorū dam.est casus specialis in quo non tenet sententia à suo iudice lata idem Innoc. dicēs nos dicimus generale ius quod dicitur hic.scilicet in.d.decret.cū ad quorundam, quod si subditus alicuius sit priuilegiatus in aliquo capitulo à papa, ꝙ si prælatus illius ecclesiæ ocasione illius capituli fert in cū sententiā excōmunicationis, quod nō tenet.vt ibi.c.cū capella,&.c.quāto de priuil.idē Archid.in.c.1. 11.q.3.alias enī Decre.illa esset resecāda tāquā nullius effectus:vt in proœmio decret.idē.Philip.in.c.cū cōtingat.de offi. deleg.& Astēs.lib.7.de forma excōmunicādi verb.10.quāuis Bern.tenet cōtra ibi intelligēs cū Alan.&Tācr.ibi ꝙ illa Decret.cōtineat indulgētiā.&idē sentit Tācr.&Gofr.in.d.c.cū Apost.sed Host. scripsit in.d.c.cū ad quorūdā, ꝙ in illa decretali nihil exprimitur, ꝑ quod aliquod priuilegiū specialiter sit cōcessum, excepto verbo cōcedimus ibi posito, ꝙ exponit. idest cōcessū esse ostēdimus. vnde dicit Arch.

Arch.in.d.c.1.q̄ sit indulgẽtia iuris com munis,quæ cõpetit omnib9 subditis.arg. optim.in pœmio Decret. iuxta finẽ,pro hoc etiã facit expresse,quia nõ apparet cui,velquibus,Papa ibi loquitur.vnde di cebat ibi Alan.& Tãcr.cui Papa loquatur nescimus.ideo quibus sit indultũ priuile giũ ignoramus,intelligi ergo debet,vt p̃ dixi.licet sit tutius ad superiorẽ sup hoc quærelã deferre vt intelligũt Tãcr.Gofr. & Vinc.in.d.c.cũ Aposto.& q̄ nõ teneat sentẽtia excõmunicationis tenet curia secũd.Bern.qui ita notat.in.c. cũ contin gat.de offic.deleg.prout not.Arch.in.d, c.1.11.q.3.& ibi glos.fin & Ioã.Andr.in.d. c.cũ ad quorundam.Et hoc potest intelli gi quãdo excedit numerũ euectionum.

16 ¶Si vero excederet numerũ persona-rum de quo non est expresse tractatum in cõcilio generali.tũc potest dici quod excõmunicatio propter hoc lata, nõ te-neret ipso iure,& est tenẽda,& timenda. quo vsq; per superiorẽ fuerit sup hoc ar-bitratum.vt supra dictum est & sic patet

expræ-

ex prædictis quod visitandus potest pro curationem denegare, quando numerũ excedit. & nõ alias secundum Innoc. in dict. capit. cum ad quorundam, & tenet Henric. Bohic.

17 ¶ Quis igitur potest remouere euectiones superfluas glos. fin. in cap. inter cetera. 10. q. 3. dicit quod sacerdos potest etiam remouere Episcopum arg. d. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quotidiana, & estiu.

18 ¶ Vbi dicitur quod si aquæ quã debes ducere per fundum meũ aliam aquam ad miceas: non tantum ad mixta aqua sed etiam ab illa quam solitus eras ducere te arcebo, secundum Alan.

19 ¶ Quot, quales, & quantas personas potest Episcopus introducere in monasteriũ tempore visitationis. Istam quæstionem tractat Abb. in cap. vt iuxta de offic. ordinari, & dicit aduerte, quia in principio capituli tex. videtur innuere, quod non debent plures persone intro duci etiam in claustrum, vt patet ibi in claustro.

claustro. Sed in verbo firmiter videtur innuere, quod in cap. duntaxat introducere non possit. Doctores tamen non aperiunt: sed puto: sed etiam ad claustrũ introducere non possit, nisi personas cõtentas in. d. cap. vt iuxta. propter rationem litere positam in principio dict. c. nam debet extendi ad limites rationis. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. Opponit Abb. contra d. cap. & videtur quod non possit Episcopus secum ducere nisi duos ex canonicis. vt in cap. de cetero. & in cap. audientiam. de clericis nõ resid. soluit dicens quod illa iura procedunt, quando Episcopus vult secum ducere canonicos: nam tunc non potest vltra duos grauare ecclesiã. Sed Hostiens. cõsiderata mẽte litere. d. cap. dicit quod potest plures & pauciores Episcopus secum ducere secundum qualitatem personarum. Dum Episcopus visitat monasteria virorum seruetur tex. in. d. cap. vt iuxta. in monasterijs vero monialiũ seruа clem. attendentes, de statu regular.

20 ¶Et hodie dicit idem Abb. in. d. c. vt iuxta videndã esse extra vagantem Bonifac. 8. quæ incipit debent. vbi dicitur quod Episcopus visitans capitulũ ecclesiæ cathedralis, debet esse contentus tribus clericis quorum vnus sit religiosus.

21 ¶Debet etiam habere secum vnum notarium clericũ, & dicit Ioan. de Imol. ibid. n. 3. quod loquitur quãdo visitat capitulum sue ecclesiæ cathedralis. & dicit quod hodie est statutum per clem. attẽdentes, de statu monachorum quod visitantes monasteria monialiũ debent esse contenti duobus notarijs, & duobus personis ecclesiæ sue & quatuor alijs viris honestis.

22 ¶Layci vero ciues loci nõ debẽt in visitatione cũ visitatoribus interuenire Didac. Per. in. l. 4. ti. 3. lib. 1. ord. reg. in med. glos. allegat dict. c. vt iuxta & etiam allegat cap. conuenior. 23. q. 8.

IN VERBIS

Quàm celerrimè, debita tamen cum diligẽtia visitationem ipsam absoluere.

1 *Dies quot Episcopus debet morari in vna quaq; ecclesia, dum visitat.*

2 *Visitator potest moram trahere in vna ecclesia per aliquot dies, si causa rationabilis exposcit.*

3 *Reddire ad locum visitatum potest Visitator ex causa rationabili.*

4 *Prælatus à correctione non debet cessare.*

5 *Prælati peccant, si omittunt corrigere vbi possunt sine escandalo.*

6 *Verba præceptiua quando obligant.*

7 *Prælati ex neglectu correctionis videntur subditos in suis criminibus fouere, & .num.9.*

8 *Episcopus qui crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam Episcopus.*

10 *Negligentia iudicis est lata culpa, vel dolus præsumptus.*

11 *Paria sunt facere nõ faciẽda, & non facere facienda.*

12 *Leges infinitæ sunt punientes officiales de negligentia.*

13 *Negligentia solet nocere in.214.casibus.*

14 *Tutores & curatores tenentur de negligentia in administratione tutelæ.*

Admini

32 Administrator quilibet tenetur reddere rationem administrationis.

33 Fratres si æqualiter administrant bona inter se, non agunt de reddenda ratione.

34 Frater si solus administrat, tenetur reddere rationem fratri.

35 Administrator frater in minimis & etiam in non modicis quando stetur iuramento suo.

36 In libro rationis debent exprimi causa erogationis.

37 Ratio non videtur reddita quæ intelligi non potest.

38 Ratio quando datur, considerandi sunt fructus qualiter percipi potuissent.

39 Administrator publicus ex æquitate an poßit soluere vnum numum.

40 Executor datus in testamento non potest soluere debitum naturaliter tantum.

41 ratio reddi debet de non gestis quæ geri debuerunt, sicut & de gestis.

42 administratores seu tutores plures si sunt, non potest vnus reddere rationem sine altero, ne ratio diuidatur.

43 Executor teſtamenti tenetur reddere rationē, & cui.

44 Ratio quando redditur Epiſcopo, heredes & legatarij poſſunt adeſſe.

45 Exempti, nedum ſubditi tenentur reddere rationem Epiſcopo, etiam ſi non petatur: & poßũt ab eo puniri.

46 Epiſcopus non poteſt à ſe abdicare redditionem rationis, nec viſitationem.

47 Adminiſtrator quando ſoluit aliquid in quantitate parua ſine iuſſu iudicis vel Domini, tũc ſtatur libro cum iuramento.

48 Liber rationis procedit ſi habet veriſimilia.

49 Ratio quãdo redditur correctori, debet eſſe minutatim, quid, & quãtum & in quibus rebus ſit expenſum.

50 Patronus qualiter rationem reddit.

51 Adminiſtrator punitur ſi pecuniam expendit in proprijs commodis.

52 Receptores pecuniæ publicæ nõ poßũt illã cõuertere ĩ ſuos vſus, nec in aliã vtilitatẽ trãſferre.

53 Adminiſtrator ſi pecuniam publicam in ſuum vſum conuertit, an incidat in pœnam.

Admini

54 Administrator qui rationem nõ reddidit plenã Domino, & non scripsit plene in libro acepta talis appellatur prædo, & inquam pœnam incidat.

55 Iuramento heredis statur de quantitate & valore rerum mobilium, & vilium.

56 Iuramento commissarij statur de paruis distributionibus: secus si sunt magnæ.

57 Iuramento vxoris statur, dum patefacit bona heredibus in minimis.

58 Liber executoris in paruis probat.

59 Consuetudo est in aliquibus locis, vt administrator sin libramiẽto soluat sex regalia, dummodo faciat de concilij mandato.

60 Administrator si scripsit multa minuta, an stetur suo iuramento, maxime si attingunt maximam sumam.

61 Tutor omittens aliquid scribere in inuentario, dolo omisisse præsumitur.

62 Dolus præsumptus est ignorare quod omnes intelligunt.

63 Tutor si surripuit sibi aliquid dari pupillo, aut occultauit, etiam conuenitur ad duplum.

64 *Administratores si aliquid dolose acceperunt in duplum condẽnandos.*

65 *Administrator si accesserit ad negotia animo deprædandi, non repeterit expensas vtiles, nisi quatenus pupillus factus est locupletior.*

66 *Intentio mala administratoris qualiter constabit.*

67 *Prædo an dicatur, qui studet vtilitati propriæ, & non Domini.*

68 *Ratio cum redditur, probatur nihil esse subtractum, eo ipso quod non probatur contrarium.*

69 *Qui dat rationem potest petere, vt calculator ponatur, qui reuideat: & potest petere, vt absoluatur ab administratione.*

70 *Bona per administratorem adquisita an ex administratione præsumantur habita.*

71 *Ratio semel reddita, an detur iterum.*

72 *Rationi reddendarum conditio quatuor complectitur.*

73 *Sententia quæ fertur per iudicem super computatione an executioni mandetur non obstãte appellatione.*

Super

¶Super istis verbis quam celerrimè, nota quod dicit Abb.in cap.mandamus, de officio Archid.quod, nec etiã debet ibi morari Episcopus nisi per diem vnũ, secundum modum quem habes in cap. placuit.10.q.1.idem Abb.in cap.cũ Apostolus.n.6.de censib. Quæro extra glossam quot diebus potest Episcopus morari tempore visitationis apud eandem ecclesiam.tex.in cap.placuit. 10. q. 1. dicit quod duobus diebus:in primo die debet habere clerum,in secundo diem populum.Sed tex.in cap.intercetera. 10. q. 3. dicit quod per vnum diem, & in concordia illorum capitulorũ sunt opiniones. Aliqui dicũt quod cap.placuit,sit correctum per illud cap. inter cetera. Alij dicũt,quod in die aduentus habet clerum & in sequẽti die mane prædicabit ad populum,& recedet:& sic stabit in effectu respectu grauaminis per vnum diẽ. Alij dicunt, quod visitatio incipit à cena,& finitur in prandio sequentis diei.Ita quod potest dici quod stetit p duos dies, quia

attingit partes duorum dierum per vnũ diem naturalem vt Dom.in.d.c.placuit. in fin. Vide leg.7. tit.22. p.1. Illud autem verũ est.vt notat Innoc.in.c.1.de censib. lib.6.& Ioã.Andr.in.d. c. cũ Apostolus.

2 ¶Quod si causa rationabilis exposcit potest ibi diutius moram trahere.

3 ¶Quia si ex causa rationabili potest reddire ad locum visitatum.vt in. d. c.1 fortius poterit ibi moram trahere,& cõtinuare,quod est faciendum.prout text. noster dicit debita cum diligentia.

4 ¶Siquidem prælatus à correctione non debet cessare.c.sicut.23.q.4.&. cap. qualiter & quando el. 2. de acusation.l. congruit.ff.de offic.præsid.

5 ¶Et peccant prælati,si omittunt corrigere, vbi possunt sine scandalo. Vnde illa autoritas, si peccauerit in te frater tuus,vade &c. maxime quo ad prælatos est præceptiua.notat Ioan. & Archid. in capit.si peccauerit.2.q.1.DD.in cap. nouit.de iudicijs.propter hec quod verba euangelica sunt imperatiui modi:vt va-

de,

de,& corripe.

6 ¶Et verba imperatiua obligant, ficut præceptiua, ex quo materia ſubiecta nō ſua det oppoſitum. vt eſt tex. in clem. exi ui. verb. nos itaq;. de verb. ſignific. & verba præceptiua neceſsitatem importnat cap. quod præcipitur. 14. q. 1.

7 ¶Et prælati ex neglectu correctionis videntur ſubditos in ſuis criminibus fouere. cap. qui poteſt. 23. q. 3. cap. error. 83. diſt. l. 48. tit. 5. p. 1.

8 ¶Et Epiſcopus qui crimina non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quam Epiſcopus. c. nemo. 83. diſt. c. qui nec. 2. quæſt. 7.

9 ¶Et iudex qui crimen repertū non vindicat, vt cōſcius criminis punitur Bart. & Bald. in. l. mancipia. C. de ſeruis fugitiu.

10 ¶Vbi dicit idē Bald. ꝙ negligētia iudicis eſt lata culpa, vel dolus præſumptus. idem Bald. in. l. ſi quādo. n. 2. C. de teſtib. Ideo officiales ita debent ſyndicari de neglectis, ſicut de comiſsis.

11 ¶Quia quādo aliquid incūbit ratione officij,

officij, paria sunt facere non facienda, & non facere facienda.tex.est in tutore & curatore vt in leg. 1.in princ.ff.de tutel. & ration.distrah.

12 ¶Sunt enim leges infinitæ punientes officiales de negligētia vt in leg. si quos iudices.C.de offic.præfect.præt.l.manci pia.C.de seruis fugit.l.iudices.C. de annon.& tribut.l.1.C.de suscept.& archar. lib.10.

13 ¶Et si placet videre.214.casus in quibus negligentia soleat nocere, videndus est epilogus casuum negligentiæ hos cō tinentium.in Ludouic. Gomes. in regula de triēnali possessore.q.28.

14 ¶Ideo sicut tutores tenentur de negligentia in administratione tutelæ.l. hæc enim.§.fin.ff.de suspectis tutor. ita officiales iudices & prælati in administratione reipublicæ.

15 ¶Quod probatur quia inter eos & rē publicam,& ecclesiam cōtractus sit gra tia vtriusq; celebratus, qui sit ex parte ecclesiæ reipublicæ,& eligentium, quia

per eas dãtur salaria, honores, & prærogatiuæ, & multa alia, vt reipublicæ iustitia ministretur. Quod si non fit ita vt in contractu celebrato, venit dolus, lata & leuis culpa. l. si vt certo. §. videndum. ff. commodat.

16 ¶In summa negligentes omnes, & desides, qui sunt immemores sui, priuantur officio suo. tex. in cap. cum ad monasterium. in fin. de stat. monach. l. pen. in fin. C. de canon. largitionalium titulorum lib. 10.

17 ¶Itaq; vt visitatio fiiat cum diligẽtia debita vide text. in capit. placuit. 10. q. 1. quem allegat ad hoc Abb. in cap. cũ apostolus, in fin. de censib. & Specul. tit. de censib. & tit. de inquisitione. §. nunc tractemus.

18 ¶Negligens tibi dico si vis scire, vade ad apem, & considera qualiter opus suũ perfectum faciat.

19 ¶Et considera doctrinam cõmunem quod vbi quis intra legitima temporis curricula aliquid facere debuit, & neglexit.

xit.leges existimauerunt illum repudiare iura ad se pertinentia. l. si ea. C. qui accusar.nō possunt.glo.in.l.si ergo.ff.de negot.gest.

20 ¶Cui bene concinit. quod cōtinetur in libello repudij.res tuas tibi habeto.vt in. l. consensu. C. de repudij. Aut illud Math.c.25.amen dico vobis,nescio vos.

21 ¶Vis igitur cum diligentia absoluere visitationem,& intelligere thema huius tex.Debes cōsiderare quod tota intētio visitation.vt dicit Petrus Ferd.đ Villeg. in tract.visitat.col.2.est.vt sit pax.& consolatio bonis,& fiat iustitia, & correctio malis;de primo locutus est Hierem.visitabo vos,& suscitabo superbos verbum meũ bonũ.Istud autẽ verbum proposuit Beat.Petrus princeps apostolorũ epist.1 c.2.obsecro vos tãquã ad venas & peregrinos,abstinerevos à carnalibus deside rijs quæ militãt aduersus animã,cōuersa tionẽ vestrã inter gẽtes habẽtes bonã,vt in eo ꝙ detractãt de vobis tãquã de malefactoribus,ex bonis operibus vos cōsi-

deran

derantes glorificēt Deū in die visitationis. De secūdo autē quomodo minister Christi debet administrare iustitiā, scilicet faciendo correctionē in sua visitatione, de hoc locutus est Amos Propheta in.c.3.dicēs visitabo super vos omnes iniquitates vestras: scilicet faciā iustitiā & correctionē. Sed qualiter absoluere possumus visitationem, si descriptionē, aut definitionē eius ignoramus: siquidē maiores nostri non ponunt descriptionem aut definitionē vt tradit. Socin. in tract. de visitatione in principio vbi dicit.
12 ¶Quod visitatio est munus quod prælatus ecclesiæ iurisdictionem habens in subditos, cum eorundem visitatorū procurationem per se vel delegatū à se annis singulis semel vel pluries necessario pro subditorum salute atq; vtilitate, & ecclesiarū reformatione subire tenetur.
13 ¶Quæro præterea quo in loco fieri debeat ista visitatio tex. in cap. conquærente. de offic. ordinar. ibi ad eos visitandos accesseris. & in c.1. de cēsib. lib. 6. ibi & si cōmode

commode & absq; dificultate acccedere ad vnam quanquam nō poterit &c. pro pterquod glo.verb.accedere dicit quod ire tenetur,nec suficit ad suam ecclesiā cōuocare. Vnde infert ibi Archid. quod si Episcopus non solum alterius sed ecclesiæ suæ capitulum ad suam cameram vel ad aulam visitandi causa vellet cōuocare,hoc non posset,eo quod prædictæ Decretales exigunt,quod Visitatores ad locum accedāt,vbi fieri debet visitatio. Quod sentit glos.verb.plene.in.d.cap.1. de censib.lib.6.dicens quod non suficeret Synodum conuocare,quia ibi nō veniunt omnes clerici,& layci, qui sunt visitandi.

24 ¶Tamen Barbat.in cap.sedes.nu. 92. de rescript.dicit quod quando quis tenetur reddere rationem,locus relinquitur arbitrio iudicis,allegat.l.pen. §. priscus. ff. de condition. & demonstratio. vbi Imol.nu.3.dicit quod statu liber rationē reddit.vbi Iudex voluerit:nisi aliud dicatur ex qualitate personæ.vt quia patro-

nus

nus est nobilis & magna persona, vel ex loco, vt quia est valde remotus & potest tute ire, alias videtur quod sufficiat statu liberum tunc paratum reddere rationẽ in aliquo loco congruo ad arbitriũ iudicis. Et iudex nõ debet arbitrari de nimis remoto, quando non ab est causa rei publicæ, nec qualitas personæ patroni aliud suadeat. Auiles preterea dicit in ca. 27. prætor. n. 22. quod ad rationẽ reddendã remittitur quis ad locũ, vbi administrationẽ habuit. Ista redditio rationis receptorũ & datorũ a publico administratore debet fieri in aperto & nõ in secreto. Ideo in pluribus locis rationes sindicorum & aliorum administratorum publicorum redduntur in publico & generali concilio vt declarat idem Abiles in cap. 30. prætorum ver. y acabẽde tomar, allegat Ioan. de Plat. in l. securitates. C. de susceptorib. & archarijs lib. 10. Nec debet esse domus priuata etiã si domus eiusdem domini sit, sed in locis publicis rei publicæ talis ratio summenda est. Idẽ

tenet Petr. Auenda. in c. 9. præt. p. 1. n. 4. vbi dicit ita fuisse decisum per dominos concilij regalis.

25 ¶ Quæro quo iure petatur redditio rationis, an officio iudicis vide add. ad tex. in d. §. priscus. l. pen. ff. de cōdi. & demō.

26 ¶ Item rationes redditurus a quo debet incipere, & qualiter debeat procedere vide Ioan de Immol. in. l. cum seruus n. 3. ff. de condition. & demonstrat. praticam cōficiendi rationes ab officialibus publicis notat Bart. in. l. comperimus. n. 1. C. de nauiculari seu naucleris libr. 11. Illi enim qui multa receperunt, & multa transferunt ad alios, debēt ea quæ receperūt, & multa transferūt ad alios, debēt ea quæ reperūt scribere a quo receperūt nominatim, & ex qua causa alleg. l. appa ritores. C. de exactorib. tributorū l. 10. Itē d̄bēt scribere cui dederūt nominatim si legat k nemine. C. de susceptor. & archarijs l. 10. Debet etiā ponere diē receptionis, vt notatur ex d. l. cōperimus. Si. n. ista regulariter nō scripserint, nō videtur ratio reddi, quia nō potest ille cui ratio red

ditur eã intelligere,nec cõprehẽdere ſi aliquid machinationis in ea habitũ ſit vt dicit tex.in d.l.nemine.Ratio.n.quæ ĩtel ligi nõ põt,reddita nõ videtur, vt in.l.argẽtarius.§.1.ff.de edẽd. Et hoc intellige verũ niſi in expẽſis valde minutis in quibus ſtatur ſacramẽto adminiſtratoris vt in l.ſcimus.§.in cõputatione. C.đ iur.de liberã. & in l.ſi quis ꝓ redẽptione. C. de dona.l.diu.ff.ſi cui pluſquã per ſal.Vel aliter forma exigẽdæ & rationis dãdæ per camerariũ, ſeu rationalẽ publicũ & per adminiſtratorẽ rei publicæ hæc eſſe đbet
27 ¶Liber public9 qui & calẽdariũ appellatur vt Zaſius in l.2.ff. de orig.iur.n.66. quẽ vulgus appellat lib.đ cargo vt tenet Bar.ĩ l.cũ ſeruus.ff.đ cõ.& đmõ.vbi dicit Io.đ Im.ĩ d.l.cũ ſeru9.n.2.ꝙ ſufficit,ꝙ exhibeat librũ,& faciat copiã đ illo,vt poſsit ſemp.đ iure ſuo docere ſi forte petatur.
28 ¶In quo li. debẽt eſſe nominatim ſcripta omnia quæ camerarius recepit, ſeu rationalis public9 & ex qua cauſa vt ſupra dictũ eſt,& notat Bar.Plat. & Lucas

de Pen.in l. 2. C.de nauicularis seu naucleris lib.11. glos. ante pen.l.25.tit.9.p.2. Et in ista computatione prius tit.computatio introitus quã expensarum vel erogationis vt glos. notat in leg. Thais ancila.§.libertatem. ff. de fidei comisar. libertat.

29 ¶ Ista enim sunt adeo conexa ad inuicem, vt nũquã preiudicet confessio introitus, nisi acceptetur expensa, & econtra, vt in leg.cum quæritur.ff.de administrat. tutor. & notat Ioan. de Plat.in l. 1. C.de Apochis public.n.fin.lib.10. & Alexand.in Appostill.ad Bart.in l.si pupillus ff.de administrat.tutor.

30 ¶ Et ratio administrationis potest reddi ostendendo libro continentes introitum & exitũ, vt notat Philipp. Corneus consil.319.n.6. Vbi potest facile coligere qualiter tutor rationem pupillo reddet, & qualiter mercator mercatori, & socius socio, ibi vide fidem horũ librorũ & de codicibus rationum.

31 ¶ Ideo tutor & quilibet administrator

tor

tor bonorum alicuius tenetur ad conficiendum librum rationis.

32 ¶ Et etiam tenetur reddere rationẽ administrationis vt per Abb. consil. 12. p.1.n.5. Hieron. Gratus, resp.105.nu. 10. libr.2.

33 ¶ Fratres vero si equaliter administrant interse, non possunt de reddenda ratione agere, idem Hieron. Grat. resp. 135.n.2.lib.1.allegat Paul.de Castro consil.126.col.10.

34 ¶ Secus si solus administrat, nam tũc tenetur reddere rationem administrationis fratri, & si nolit reddere, defertur iuramentum fratri de administratione l.1.§.officio.ff.de tutel. & ration. distrahend.Abb.consil.12.p.1.l.6.tit.11.p.3.

35 ¶ In minimis & modicis suo statur sacramento, & etiam in nõ modicis si personæ qualitas, verisimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrat glos. fin. vbi Greg. Lopez.l.26.tit.12.p.5.allegat in argu.l.si quis pro redemptione.C.de donation.& Socinus cõsil.46.vol.1.

36 ¶Et in libro debet exprimi causa erogationis vt diximus,& dies vt in l.neminem.C.de susceptorib.li .10. Nec aliter perfecte videtur ratio reddita nisi hæc omnia dare exprimantur,quia nō aliter bono modo cōprehendi potest an aliquid fraudis admissū sit.

37 ¶Nec videtur ratio reddita quæ intelligi non potest , vt in d. l. argentarius.§. edi.ff.de edēdo.Requiritur etiam, quando ratio datur,quod reddatur plene , & bona fide Bald.in l.pen.C.de cōditionibus insert sequitur Ioā. Bertachin in tractat.de episcopis.p.6.q.29.n.61.

38 ¶Et quod habeatur ratio circa fructus secundū quod cōmuniter percipi potuissent l.si sine. §. modestius , &.2. ff.de administratione tutorum glos.& Bald.in l. cū testamento. C . de testament. manu miss. ideo bene disponitur in l. 3 c. cap. prætorum ibi non pasando en quēta saluo lo que se mostrare libramiento librado de justicia y regidores cō carta de pago,siendo la tal librāça justa y lo q̄ se ga-
stare

ſtare por menudo, informeſe ſi ſe gaſto verdaderamente y ſi fuere bien gaſtado o ſi ouo algun fraude, y hagan tornar lo q̃ hallaren mal gaſtado. Y dẽ pena alos q̃ ouieren gaſtado como no deuen.

39 ¶ In tantũ quod dicit Bald. in rubr. C. de cõſtitu. pecuni. quod officialis pub. l. non poteſt ſoluere vnũ numũ ex equitate ſui capitis arg. l. ſi is autẽ. §. flauius. ff. de ſolution.

40 ¶ Vbi bona additio aſſerit quod executor datus in teſtamento nõ poteſt ſoluere debitũ naturaliter tãtũ allegat Bar. in l. legaui. ff. de liberat. legata. Abiles in dict. l. 30. verb. libramiento. n. 1.

41 ¶ In tantũ hoc eſt verũ ꝙ ratio reddi debet de nõ geſtis, quæ geri debuerũt, ſicut & de geſtis: & ꝙ adminiſtrator certus agnouit ex cauſa fidei iuſsionis in. l. p. & l. hæred. C. d̃ hære. tutor vel curator

42 ¶ Itẽ ſi ſunt plures adminiſtratores nõ poteſt vnus reddere rationẽ ſine altero, ne ratio diuidatur, cũ ſimul tota reddi debeat 2. Bal. ĩ l. ſi plu. C. d̃ cõd. in ſertis n. 17

43 ¶ Et est quæstio an executor testamenti teneatur reddere rationem visitatori, hæredi vel etiam legatarijs, Specul. in tit. de instument. edition. §. nũc vero n. 45. ibi Bald. verb. legatarijs, sequitur Ioan. Bertachin. tract. de episcopis. 6. p. de autoritate & potestatɔ episcop. circa vltimas voluntates. n. 58.

44 ¶ Quæratio potest etiam reddi presentibus & legatarijs, & etiam quibus nõ sit integre solutum, cum ipsorum intersit allegat eundem specul. ibid. & per clemẽ. quia cõtingit. de religiosis domibus.

45 ¶ Patet etiam exemptos, nedũ subditos teneri reddere rationem episcopo, & per eum puniri si in officio delinquerint, imo tenentur offerre reditionẽ rationis etiam si non petatur glos. verban nis singulis in d. dem. quia cõtingit. glos. ind. verb. legatarijs super specul. vbi supra.

46 Aqua ratione summenda Episcopus nõ potest abdicare a se: nam episcopi nõ possunt remittere vel confetre correctio-

ctionem, aut viſitationem cap. cum venerabilis de cenſib. ca. conſtitutus de religioſis domib.

47 ¶ Præterea quando adminiſtrator ſoluit aliquid in parua quãtitate ſine iuſſu iudicis, vel domini. tũc ſtatur libro cũ iuramento. notat Abiles ind. cap. 30. prætorũ verb. libramiento allegat. l. fin. C. de alimentis pupilli preſt. & Bald. in. l. 1. col. fin. verſ. qualiter ſumptus probantur C. de fructib. & litiũ expẽſ. Auend. in ca. 10. p. 2. n. 33. de exẽq. mandat.

48 ¶ Vbi dicit quod procedit ſi habet veriſimilia talis liber, allegat Iaſon in. l. admonendi. ff. de iure iurand. & videt. l. 25. tit. 9. p. 2. ibi por alualaes de los que la recibieron.

49 ¶ Et addit quod iſta ratio quando a correctore exigatur debet eſſe minutatim quid, & quantũ, & in quibus rebus ſit expenſum.

50 ¶ Secus eſt in patrono eccleſiarũ, qui licet exigat ille, rationes non dantur minutatim. Sed quomodo regantur poſſeſ

ſiones,& quomodo prouentus expendã tur,non quantũ expẽdatur ſingulis diebus in carnibus,vel piſcibus allegat cap. cũ & plãtare. §. in eccleſijs de priuilegijs Roch.de Curte in tract.de iurepatronat verb.honorificũ in fin.

51 Et adminiſtrator eſt puniendus, ſi expendit pecunia in ſuis proprijs cõmodis l.14.tit.14.p.7.

52 Idẽ dicendũ eſt de receptoribus pecuniæ publicæ qui nõ poſſunt pecuniã publicã conuertere in ſuos vſus,vel mutuo accipere,nec in aliam vtilitatem tranſferre. Paris de puteo in tract. ſindicatus in parte ſindicantur etiã officiales notat idem Abiles in cap.19.iudicũ ſyndicatus verb.cuenta y razon n.4.

53 ¶Et dicit quod ſi aliquis habet aliquã adminiſtrationem publicam,& ex ea aliquid in ſuum vſum conuertit, incidit in pœnam tertiæ partis.

54 ¶Ad quod addit quod adminiſtratores qui non rediderunt domino plenam rationem,& omnia perfecte (quæ ex publico

blico acceperunt) in libro ſcripſerunt, tales appellantur prædones, & cōdemnantur in quadruplū allegat tex. in. l. excelentia. C. de erogatione militaris an non, & par. de puteo in d. tract, ſind. in parte officiales finito officio. Itaq; in parua quantitate ſtatur libro rationum cum iuramento, vt dictū eſt, & per l. fin. §. in cōputatione. C. de iure deliberandi

55 ¶ Sicut ſtatur iuramento hæredis de quantitate & valore rerum mobiliū & vilium vt habetur in l. præſenti. §. ſic vbi C. de his qui ad eccleſiam confugerunt.

56 ¶ Item ſtatur iuramento commiſſarij teſtamēti de paruis diſtributionibus ſed diſtributiones magnæ debent probari per teſtes de quo per Bart. in l. diuus. ff. ſi cū pluſquā per l. falcidiam legat. Item ſtatur iuramento tutoris de expenſis paruis ſecus in magnis leg. 1. §. de officio. ff. de tutel. & ration. diſtra. vbi Bart. & tenet Ioan. de Plat. in leg. 2. C. quando & quibus quarta pars debeat libr. 10. num. 3.

57 ¶ Vbi etiam addit quod vxor ſuo iuramento tenetur patefacere bona hæredibus in minimis Iaſſ.in l.admonendi.ff. de iure iur.n.188.

58 ¶ Tenet Bertach. in tra.de Gabellis 4.p.n.7. ibi ſed quæro vbi dicit quod idé eſt dicendum in libro executorum qui probat in paruis ſummis allegat Bald.in l.id quod pauperibus col.vlti. C.de epiſcopis & cleric.

59 ¶ Abiles in d.cap.30. prætorum verb. libramiento n.2. dicit quod in aliquibus ciuitatibus eſt conſuetudo quod vſq; ad ſex regalia in qualibet vice poteſt æconomus ſoluere ſine libramiento dummodo ſoluat demandato concilij & in hoc ſtatur iuramento œconomi. Item dicit quod licet de expenſis minimis ſtetur ſcriprurę tutoris, ſeu adminiſtratoris vt in.l.fin.§.licencia.C.de iur. de liberand.

60 ¶ Tamen ſi adminiſtrator ſeu tutor ſcripſit tot minuta, quæ ad ſumam maximam atingunt, tunc fides non adhibea-

tur allegat Barbat.in consi.15. vol.2.col. 1.& Fel.in cap.qualiter & quando col.4. de acusation. Item administrator tenetur omnes prouentus & pœnas pecuniarias & omnia alia quæ recepit nomine reipublicæ, quæ omnia si in libro scripta non sunt, tenetut adduplum vt declarat Ioan.de Plat. in d.l. excellentiam.C.de erogation.militar.an non libr.12.

61 ¶Tutor omittens aliquid scribere in inuentario, dolo omisisse præsummitur Bart.in l.tutor qui repertorium.ff.de administrat.tutor.

62 ¶ Sequitur Hieron. Grat.resp.25.lib. 2.n. 6. vbi dicit dolus presumptus est ignorare quod omnes intelligunt. allegat l.late.ff.de verb.signifi.

63 ¶Item si tutor surripuit aliquid si videre pupilli, aut occultauit, conuenitur etiam ad duplum l.5.ti.14.p.7.& alij multi conueniuntur ad duplum quos notat glos.verb.integrum in l.defensioni facultas.C.de iure fisci lib.10. Si autem tutor tanquam extraneus intercepit dolose

rem

rem pupili, tenetur furti, & conditione furtiua vt declarat Aberic. in l. 1. §. de rationibus. ff. de tutel. & rationib. distrahend. Sequitur Greg. glos. 1. in d. l. 5. vbi dicit quod si dubitatur, an dolo acceperit an bona fide, tunc lex presumit in dubio tutorem dolose accepisse, & propter dolum præsumptum non datur actio furti, neque conditio furtiua sed actio de rationibus distrahend. vt dolus præsumptus puniatur : & etiam dicit quod furti actio hoc casu non competit propter velamen administrationis.

64 ¶ Et dicit Par. de put. in d. tract. sind. quod æquius videtur administratores cōdemnandos esse in quadruplum quā in duplum sed Nun. Auendan. de exeq. mand. in cap. 10. n. 35. p. 2. dicit condemnandos esse administratores in duplum allegat Cepol. in autent. sed nouo iure n. 15. C. de seruis fugiti.

65 ¶ Si autem administrator accesserit ad negotia animo de prædandi, non repeteret expensas vtiles nisi quatenus pupillus

pillus

pillus est factus locupletior. l. si pupilli §.sed & si quid.ff.de negot.gest.

66 ¶Qualiter vero constabit de mala in tentione huius administrationis vide glos.singularem in l.fulsinus. §. quid sit autem.ff.ex quibus caus.in posses.eatur, Bartol.in l.si pupilli.§.sed & si quis. ff.de negot. gestis dicit quod constabit de hoc si tempore reddendæ rationis aliqua celat, & suprimit, nam præsumitur ab initio talem animum habuisse arg. l. sed & Iulianus.§.proinde.ff. ad Macedonian. Potest etiam apponere ex alijs cõiecturis secundum Alberic.ibi & ex d.§. sed & si quis.

67 ¶Nota etiam quod dicitur prædo ille qui studet vtilitati propriæ, & nõ domini, ita illum tex.allegat Bald.in capit. 1.de fœud.marchie.& adde leg. qui fœudum.§.si tutor.ff.pro emptore.

68 ¶Præterea cum ratio redditur probatur nihil esse sub tractum eo ipso quod non probatur contrarium Bertachin in d. tract. de episcopis.p.6. de autori-

toritate & potestate episcopi circa vltimas voluntates.n. 61. allegat Bart. in.l. qui sub conditione.ff.de conditionib.& demonstrationib.

69 ¶ Et iste quidat rationem potest petere vt ponatur calculator, qui reuideat & iudicet de reliquis. l. sicut libertas & ibi Bart.ff. de condition. & demonstrat. & potest petere qui gessit aliena negotia calculationem, & reuisionem rationis, vt absoluatur ab administratione: nec semper stet in suspenso. & post mortem hæredes molestentur, siue molestia afficitur de mala administratione,& est consilium sanum, hoc facere: ne bona administratoris sint semper pignorata, & obligata pro administratione.l.6.titu. 19.lib.3.fori.l. ciuitas. ff. de rebus credit. & si certum petat.cap.illud.13.q.2.

70 ¶ Quæ etiam an potest dici contra administratorem, & contra suos heredes, quod bona quæ habet, ad quisiuit ex administratione.Castil.in l. 27. de toro in tract.13.parte vbi pro & cōtra examinat

nat ista quæstionem & vide Barb. in cap. inuestigandum de pecul. clericorũ per tres columnas.

71 ¶ Ratio semel reddita amplius nõ datur, si is qui reddit habet apochan de ratione reddita ita Bertachin. vbi sup. nu. 59. istã quæstionem tractat Abilesius late in cap. 30. pretorum verb. y acaben de tomar. num. 3.

72 ¶ Et quid est quod comprehendat cõditio reddendarum rationum vide glos. magn. in l. cum testamento. C. de testamentaria manumis. vbi dicit Baldu. n. 4. quod quatuor complectitur scilicet codices edi: calculum poni: reliqua reddi: culpam purgari solutione eius quod debetur allegat l. cum seruus & l. si cuilibertas. ff. de cõdit. & demonstrationib.

73 ¶ Sententia autem quæ fertur per iudicem super computatione an mandetur executioni nõ obstante appellatione dicendum est quod sic nam contra eam appellatio non admittitur nisi facta solutione tex. in autent de sanctissi-

mis episcopis..§.œconomos co.9.in parte repetitionem l.5.tit.8.lib.3.ord.rega. idem tenet doctor del Castill. in leg. 27.Taur.tract.de ratione reddenda in fin.

IN VERBIS

Interimquè caueant, ne in vtilibus sumptibus cuiquam graues, onerosi ue sint, neue ipsi.

1 *Episcopus quid cor mite considerabit.*
2 *Ratio, ac magnitudo animorum in maioribus hæc fuit, vt cum in priuatis rebus, suisquè sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu viuerent.*
3 *Visitatores in quibus non sint graues.*
4 *Homines vite tenuis in aduentu officialium nec iniurijs affici debent.*
5 *Graue de orsum fertur suapte natura, sursum autem preter naturam.*

6 *Visitatores sint grati recipientes procurationes.*

7 *Quod debetur, in beneficium transit ex affectũ ministrantium.*

8 *Visitatores manus mundas & puras habere debent.*

9 *Iudas fuit damnatus propter cupiditatem.*

10 *Famuli visitatoris debent habere manus mundas.*

11 *Munera excecant prudentes, & subuertunt verba iustorum.*

1 ¶ Tenues ignauo police chordas pulso, ideo rusticatim tangam, vrbanatim vero nescio, dum considero dictum Dominic. de sancto Gemin in capitul. Romana. de censibus libr. 6. §. procurationes num. 5. vbi refert Hostiensem ad episcopum cor mite considera, ne similam & mella fastidias quinatus in paupere domo, & tugurio rusticano, & de te non dicatur solus Episcopus in

in cumbat donis cap.ecclesiæ principes 35.dist.& cap.diaconi.93.distin.

2 ¶Hæc enim ratio, ac manitudo animorum in maioribus fuit, vt quum in priuatis rebus,suisq; sumptibus minimo contenti, tenuissimo cultu viuerent dicit Cicero.pro Flaco.

3 ¶Ideo visitatores disponere debent ne in pensis aut inutilibus sumptibus graues onero siue sint cap.inter cetera.10. q.3.ibi præ multitudine onerosus existat & ibi in discreto moderamine pre grauantes parochianas ecclesias pene vsq; ad exinanitionem extreme virtutis & in cap.cum apostolus decensibus ibi graues vbi glos. id est onerosi quod facere non debent cap.cauendum capi. relatũ 10.q.3.cap.cum instantia.§.sane de censib.lib.6.

4 ¶Nec homines vitæ tenuis sub aduentu officialium iniurijs affici debent. leg. illicitas.§.2.ff.de offi.præsidis ca. ea quæ de censib.

5 ¶Graue namq; suapte natura de orsum

orsum fertur, sursum autem preter natu ram inquit Aristot. Problemat. Sectio. 2. q. 38. itaq; textus noster instruit nesint graues.

6 ¶Potius sint grati & iocundi, procurationes recipientes nam begnine & cũ humanitate & gratiarum actione debẽt recipere procurationes l. 2. tit. 22. p. 1. ibi recebir con mesura de aquellos que dieren las procuraciones con amor, y agradescerlo tex. in cap. cum apostolus de cẽsib. ibi ne sumptuosas epulas querãt, sed cum gratiarum actione recipiant quod honeste ac competenter illis fuerit ministratum scribitur enim ad Colossens. cap. fin. in omnibus gratias agite quamuis enim visitator recipiat à visitatis debitum quodammodo necessarium.

7 ¶Tamen ex affectu procuratium maxime forte vltra quam teneantur, quia opipare procurant, transit in beneficiũ vt voluit Seneca libr. 3. de beneficijs & Tho. 2. 2. q. 106. ad tertium.

8 ¶Præterea ipsi visitatores manus mũ

das & puras habere debent, aliter recipient in hoc ſeculo, & in futuro, in illo terribili iudicio magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & habebit partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain. vt habetur in autentic. ius iurandum quod preſtatur ab his collat. 2.

9 ¶ Iudas propter cupiditatem triginta argenteorum fuit damnatus Matthæi. capit. 27. & in actibus apoſtolorum capitul. 1.

10 ¶ Et non ſolum ipſi ſed & ſerui & famuli debent habere manus mundas ne in lepra Giezi famuli Eliſei prophete incidant gloſ. ante p. in d. autent. ius iurād.

11 ¶ Hinc Exod. cap. 23. non accipies munera, quæ etiam excecant prudentes, & ſub ertunt verba iuſtorum idem Deute. in cap. 16. ibi non accipies munera nec perſonam, quia munera excecant oculos ſapientū, & mutāt verba iuſtorum & Pſalm. 25. in quorū manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus & Prou. c. 15. cōturbat domū ſuā qui

ſecta-

sectatur auaritiã: qui autẽ odit munera viuet. & in capit.17. Munera desinu in pius accipit, vt per vertat semitas iudicij In summa quidam Hispanus optime dixit in quadã epistola, ningun juez puede tomar, sin ser tomado scilicet de iniusto o de ingrato.

IN VERBIS.

Aut quisquam suorum quidquam.

1 *Visitatores & sui familiares debent habere manus mundas.*

2 *Pecunia sicut fuit causa vt Giezi lepram incurreret, sic pecuniale conquisita corpus & animam commaculat.*

3 *Appellatione familie quis veniat.*

4 *Visitator pro omnibus quos secunducit, tenetur & quando.*

5 *Familiaris potestatis si aliquem vulnerat, quis teneatur.*

6 *Delictum cõmissum si nõ sit cõmune cũ officio, quis teneatur, an locũ tenens, an potestas.*

7 *Familia in bonam habere expedit.*

8 *Qualis dominus, talis familia.*

9 *Domus queque maxima est seruis superbis plē nā.*

10 *Dominus recipiens famulos, presumitur de illorum moribus ac conditione esse instructus.*

11 *Famulum malum eligens an liberetur eum exibendo.*

12 *Familiares ratione visitatoris non possunt quidquam recipere, seu exigere.*

13 *Cocus aut scriptor siue sigillator episcopi non possunt quidquam exigere.*

14 *Familiaris si facit literas quando poßit recipere aliquid pro labore.*

15 *prelatus quantumcunque bonus, potest grauari & deprimi exceßibus subditorum, quos non corripiendo videtur occidere.*

16 *Prælatura est onus non modicum, & tenetur corripere malos, quod si non facit, punietur in hoc seculo & inuenturo.*

17 *Peccatum est causa quandoque, vt citius quis moriatur.*

18 *pater tenetur corripere filiorum excessus.*

19 *Iudices & rectores dißimulantes eaque praue*

ue geruntur ab officialibus suis, puniuntur.
20 Cõsensus tacitus nõ minus punitur, quã faciẽs.
21 Officiales qui dissimulatione non puniunt maleficia, acriter puniantur.
22 Magistratus & officiales puniuntur si gratia aut dissimulatione per transeunt per leges.
23 Iudex si non vindicat facinus repertum, vt conscius festinat tegere criminosa.
24 Visitator si secum habet amicum, si committit aliquam barateriam, & visitator facit illum recedere, an pro illo teneatur.
25 Contra potestatem si agitur, quod eius familia damnum dederit, petitio procedit, licet sigillatim non exprimatur nomen famuli, tunc tota familia exibetur, vt liquidetur maleficium.
26 Agens contra officialem de delicto familie, duo probare debet.
27 Famulus si committit maleficium finito officio sequens visitator cognoscit, non sindicator.
28 Syndicator solum cognoscit, quæ in officio committuntur.
29 Iudices post officium finitum non debent coartari, nisi crimen sit grauissimum.

1 ¶ Cum isto loco concordat tex.in ca. 1.§.caueat.de censib. libr. 6.l.2. titul.22. p.1. tenentur visitatores habere manus mundas,& etiam sui, ne forte incidãt in leprã Giezi.aut.ius iurandũ ꝙ præstatur col.2.in fin.vbi glos.antep. dicit ꝙ Giezi fuit seruus Elisei prophete,& cũ Naamã leprosus accessit ad Prophetam,vt liberaret eum a lepra, quod fecit propheta gratis quod videns Giezi accurrit post eum tunc Naaman dedit ei duo talenta argenti,& duplicia vestimenta, ipse autem ingressus stetit coram domino,& dixit Eliseus,nunc igitur accepisti argentũ,& accepisti uestes, sed & lepra Nahaman ad herebit tibi.& semini tuo vsq; in sempiternum cap.5.lib.4.Regum.

2 ¶ Et vide.c.cito.1.q.1. vbi dicitur quod sicut Giezi propter pecuniam leprã incurrit,sic pecunia male conquisita corpus & animam commaculat.

3 ¶ Appellatione præterea familiæ quis veniat.dic.quod eius appellatione venit etiã seruus l.1.§.famil.ff. de vi & vi arm. &.l.

& l.si familia.ff.de iurisdict.omniũ iudic. l.fi.C.de ver.signifi.de quibus multa per Abiles in c. 3.prætorũ.in prin.& appella tione familie cõtinetur, siue sit laicus siue clericus, siue pedester, siue equester secũdũ.Ioã.And. Host. in c.1.de cẽsi.l.6.

4 ¶ Visitator tenetur pro omnibus quos secũ duxit.etiã si aliquo officio non sint prepositi,si prætextu officij domini d̄lin quant vt in aut. de iudic. §. his qui.co.6. Amodeus Iusti.in tract.sindicat.in parte qui dominus, potestas & officialis vers. sed pone.Montal.in l.2.tit.2.li.2.fori.gl. verb.porque no entienda.

5 ¶ Vbi dicit quod si familiaris potestatis vulnerat aliquẽ, quod potestas nõ tenetur soluere pœnã, si criminaliter agatur. allegat Dinũ in l.obseruáre. ff. de offici. proconsul.& sic licet statutũ dicat,quod potestas pro sua familia teneatur intelli gitur ciuiliter & non criminaliter.

6 ¶ Si autem delictũ non sit cõmune cũ officio,vt quia locũ tenens fecit homici diũ,potestas non tenetur pro eo allegat tex.in c.cũ ad sedẽ. de restitu. spoliator.

Si vero familiares delinquāt ratione officij tenetur potestas ad interesse partis lese ex facto sue familiæ, vt in autent. vt diferentes iudices.§.siquis col.9.& glos. magn.in d.cap.cum ad sedem.
7 ¶Propter quod visitatori expedit bonam habere familiam arg. l.1.§. & si seruus.ff.de ventre inspiciend.
8 ¶Et est in prouerbijs qualis dominus talis familia ad hoc facit tex.in cap.cum in iuuentute de purgation.canon.
9 ¶Et dicit Iuuenal. maxima queq; domus seruis est plena superbis.
10 ¶Et dominus eosdem recipiēs in suo famulatu, presumitur de illorum moribus ac conditione esse instructus lex. si.§.seruorum. ff. naute caupones stabul. vide Placent.in tractatu de delictis lib. 1.cap.14.n.3.
11 ¶Et quid si fuit in culpa male eligendo familiares,an liberetur eos exibēdos vide leg. videamus in princip. ff. locat Greg.glos.verb.los otros omes.l.1. titul. 16.par.3.

Et

12 ¶Et isti familiares non possunt ratione visitatoris quidquam recipere seu exigere cap.1.de censib.lib.6.

13 ¶ Vnde cocus Episcopi vel Archiepiscopi aut scriptor aut sigillator aut similis non potest aliquid exigere, vt notat glos.verb.offic.in d. cap.1. de censib. idē tenuit Hostiensis qui allegat tex.in cap. 1.de simon.& capit.sicut episcopū.1.q.2. quod est verum si petatur ratione visitationis.

14 ¶ Et dicit Hosti. quod si familiaris facit literas, poterit recipere aliquid pro labore,argum.cap.charitatem.12.q.2.nisi de publico salarium reciperet, nam tunc stipendijs suis debet esse contẽtus cap.militare.23.q.2.

15 ¶Prælatus certe quãtumcunq; bonus & sanctus in se potest grauari, & de primi ex subditorum excesibus, quos negligenter omisit in corectos, ipse enim videtur eos occidere non corripiendo. c. ephesis.43.dist.cap.irrefragabili. de offi. ordin.

16 ¶Et ideo prælatura non est modicum onus: cũ nedum sibi, sed etiã alijs oportet quod sit bonus, vt in cap. qui episcopatũ. 8. q. 1. Et prælatus quandoq; ex hoc punitur nõ solũ eternaliter in alio seculo, sed etiã in isto morte violẽta & tẽpor.

17 ¶Ex quo in fertur quod propter peccatum citius quãdoq; quis moritur, nec cõplet dies suos iuxta illud Psalmist. viri sanguinum non dimidiabunt dies suos glos. fin. in cap. episcopi. 11. q. 3.

18 ¶Idem dicendum est in patre negligẽte corripere excessus filiorum suorum, tenetur enim ad hoc cap. sicut. §. necesse. 47. dist. cap. qui consentit. 11. q. 3.

19 ¶Et facit quod tenet Ioan. de Platea in l. placet. C. de excusationibus muner. lib. 10. in finali b. verbis vbi ait quod Iudices & rectores dissimulantes ea quæ praue geruntur ab officialibus suis, puniuntur, vt in l. præcepit. C. de canone largitio. l. 10. Fel. in cap. Petrus de Homicid.

20 ¶Est enim quidã tacitus cõsensus negligendo in ductus, q nõ minus punitur

quam

quā faciēs, vt Plate in d.l.placet.in fin.& clarius idē Platea in l. omnes iudices.C. de delatoribus n.2.allegat.l.1.in fin.C. đ desertoribus & occultatoribus.

21 ¶Bart.in l.vni.C.de publicæ letitiæ li. 12 vbi dicit ꝙ officialis qui maleficia nō puniunt dissimulatione, sunt acriter puniēdi, & ad idem facit, ꝙ tenet idē Platea in l.1.C.de fundis & saltib.lib.11.

22 ¶Et dicit idē Platea in l.1.C.de desertoribus milit.lib.12. n. 3. ꝙ eadem pœna imponitur magistratui, & eius officialib. qui pœnas statutas per leges gratia vel dissimulatione per transeunt.

23 ¶Et nimirū quia si iudex nō vindicat facinus repertū, vt cōscius festinat tegere criminosa.

24 ¶Quæritur si visitator secū habeat cō sanguineū, vel amicū qui nō administrat in officio, sed tātūmodo est in sua præsē tia, si iste cōmittit aliquā barateriā, de in de visitator facit illū recedere, & dicit se nō teneri pro illo quia nō est in numero familie, nec inter suos familiares de scri ptus, tamē Angelus in l.p r etor.§.familie

ff.vibonorum raptor dicit quod boni sin dicatores debent contra talem fraudem occurrere, sicut occurritur contra domi nos expellentes famulos suos, vt posśint eos in testes producere.

25 ¶Et vide Nuñes Auend.in cap.3.p.1. de exequend.mandat.n.5.& in eadem l. in.§.hæc actio tenet quod quando agitur contra potestatem, quod eius familia damnum dederit, quod petitio procedit, licet non exprimatur sigillatim nomina familiarum: tamen vt maleficium melius liquidetur, tota familia erit exhibenda cum si exibuissent.ff.de publican. & vectigal.& istud est multũ vtile, quando ciuiliter agitur cõtra rectorem tempore sui sindicatus prodamno, iniuria, & rapinis illatis per eius familias.

26 ¶Propter quod quando agitur contra officialem de delicto familiæ, agens debet probare duo scilicet ipsum de familia esse, & positum tali officio, & probatur esse de familia eo ipso quod cũ alijs famulis est associatus, licet alia scri-

ptura

ptura nõ appareat per tex.in leg. fin. C. de proximis sacrorum scrinio . libr.12. & quem esse positum alicui officio probatur eo ipso, quod probatur illud officium exercuisse sciente domino vt in.l. 1.§.magistratũ..ff.de exercitoria action. & tenet Cataldin.in tract.sindicat. quæ. 264.

27 ¶Si vero aliquis ex familia visitatoris committit aliquod maleficium, finito officio sindicatores seu ratiocinatores nõ debent de hoc cognoscere, sed nouus visitator seu potestas.

28 ¶Quia iudices sindicatus tantum habent cognoscere de illo quod durante officio commiserunt.vt patet in leg.legejulia.cum leg.sequenti.ff.ad legem Iuliam repetund.

29 ¶Abiles in cap. 1. prætorũ glos. verb. durante. n.3. dicit quod post depositum officium non debent coartari durante sindicatu , nisi sit grauissimũ crimen per leg.prim.& leg. diuus.ff. de custod.reorum.

IN VERBIS.

Procurationis causa pro visitatione.

si non constat, quis violauit.

14 *Ecclesiæ plures si sunt visitatæ eadem die an procuratio pro virili debeatur: & an omnes ecclesiæ debent soluere procurationes.*

15 *Iudex quando proficiscitur extra domicilium, an computet, ea quæ domi expendisset.*

16 *Procuratio an detur insignum subiectionis, an ratione officij.*

17 *Procuratio an sit de lege diœcesana, an de lege iurisdictionis.* (tori.

18 *Propter multas causas procuratio datur visita*

19 *Labor non debet esse sine fructu.*

20 *Labore fugatur egestas.* (edũt.

21 *Qui operãtur in sacrario, quæ de sacrario sunt*

22 *Procuratio non datur cessante visitatione.*

23 *Creditor in victus non potest recipere aliud pro alio à debitore.*

24 *Archiepiscopo procurãdum est, dũ moram trahit in aliquo loco pro ratione totius prouin. n. 26*

27 *Procurationes dantur legatis & similibus ratione communis honoris.*

1 ¶ Benefactori debetur honor & reuerẽtia, sed per accidẽs d̃betur ei sub vẽtio

vel ſuſtentatio. propterea dicit Beatus Thom.2.2.q.107.ad ſecundum.

2 ¶ Quod gratitudo eſt vna virtus ſpecialis habens tres gradus in primo debet homo recognoſcere beneficium acceptũ. Secũdus eſt quod laudet, & gratias agat. tertius quod retribuat pro loco & tempore ſecundum ſuam facultatem. Incipit tex. noſter materiam procurationũ ſcire oportet quid ſit procuratio.

3 ¶ Ad hoc reſpondet l.1.titu.22.p.1.dicens procuracion es derecho de deſpenſas para comer que deuen dar á los perlados delas yglesias, y delos otros lugares, que viſitaren, vel aliter procuratio eſt præſtatio quædam ad quam viſitati tenentur cauſa viſitationis prælatis ex debito officij pro correctione morum & reformatione eccleſiarum tam in capite quam in membris per ſe vel per alios legitime viſitatis debito loco & tempore incibarijs aut pecunia canonice prouidenda.

4 ¶ Ita difinit Marian. Socin. in tract. viſita

ſitatio.l.11. quæ procuratio debetur prælatis viſitantibus cap.cum apoſtolus ca. procurationes de cenſib.li.6. Clem.1. & 2.de cenſib.l.1.& l.2.tit.22. p.1. & in alijs iuribus poſtea allegandis.

5 ¶ Item debetur procuratio de legato miſſo ad viſitandum, ex eo quod prælatus eſt impeditus, non autem debetur deleganti, ſeu mittenti, ſed ipſi viſitanti. in propria perſona gloſ. ver. nō impēſo. c.2.đ cēſ.l.6.allegat tex.in c.ſi epiſ.đ offi. ord.eo.li.gl.ver.offi.in c.3.de cenſi.eo.li.

6 ¶ Si autem Archiepiſcopus & Epiſcopus concurrant in viſitatione, & eccleſia non ſufficiat vtrinq;, quis eorum præfertur, cui procuratio dabitur, Innocen. Hoſt.Ioan.Monach.& Archidiac. in ca. 1.de cenſib.lib.6.vbi Domin.§.deniq; n. 7.&.8.dicunt, quod admittitur primo veniens, & illi procuratio fiet allegat Dō. l.qui prior.ff.de iudicij & cap.propoſuiſti. de foro competent facit.l. ſi ex plagijs.§.in diuo.ff. ad legem aquili.Si vero concurrūt ambo nec apparet quis prior

licet videatur Episcopū præferēdum eo ꝙ sibi specialius cura in est.c. regēda.10. q. 1. tamē plus placet prædictis doctoribus archiepiscopū præferendū.c.qui resistit.11.q.3.glos.p.in.c.cū ex offi.de præscriptionib. quasi casus archiepiscopi sit specialis cōtra iuris reg.l.1.ff.de reg. iur. ad hoc facit.ca.si à sede de preb.li.6.

7 ¶ Si vero concurrit episcopus cū prælato sibi subiecto, ad quem etiam spectat visitatio dicit archidiaconus preferēdū esse episcopum, nisi obstaret consuetudo allegat quod notat Innoc.in c.in Lateranensi.de preb.& sequitur Ioan. Andr.in d.ca.1.de censib.li.6.

8 ¶ Ista procuratio debet dari solū à locis visitatis vt ī d.c.1.§.đinde.in fi.đ cēsi. li.6.ca.2.& ca. procurationes de censib.

9 ¶ Quid dicendū si legatus vel nuntius nō visitant, nūquid procuratio illis debetur Abb.in d.ca.procurationes.n.5.dicit quod dd. dicunt procurationem dari principaliter legatis & nuntijs, non ratione visitationis: sed quia subeūt onera alio-

aliorũ c.2.de offi.leg.li.6. & ca.cũ instantia de censib.& ca.Ego.N.de iur.iurand.

10 ¶ Quid dicendũ si recepit procurationem,& non visitauit,an teneatur restitutionẽ facere notat Fed.consil.111.

11 ¶ Loca visitata intelliguntur siue sint illa quæ personaliter visitat,siue illa quæ ad visitationem vocat.glos. verb. visitatis. c. 1,§.deinde de censi.lib.6.Idem tenet Innoc.Ioan.Andr.in d.cap.1.prætere a loca visitata intelligũtur siue pro salute animarum,aut cultu diuino ampliãdo,vel pro statu ecclesiæ in melius reformãdo, aut pro cõfirmãdis pueris, aut ꝓ cõsecrãdis ecclesijs visitatio celebretur.

12 ¶ Quid autẽ dicendũ si visitet pro reconciliãda ecclesia Archid.in d.ca.1.de censi.tenuit procurationẽ nõ deberi, allegat opinionem Vin. & idem tenuit in ca.ptoposuisti.de consecratione ecclesiæ vel altaris qui refert idem Archidia. de consectation.dist.1. in cap. ecclesijs, & allegat notata per Vincent. Laud. & Gofred.in capitul. cum ab omni. deuita

& honest.cleric.idem tamen Archidia. in cap.cauendum.10.q.3.allegat opiniones contrarias,& nullam afirmat.

13 ¶Io.And.ĩ d.c.ꝓposuisti recitat opiniones aliorũ qui tenẽt ꝙ episcopus ꝓcurabitur expẽsis illius qui violauit ecclesiã ar.tex.in c.fi.de iniuris & c.si cano.§.pẽ. de officio ordin.libr.6. & si non constat, quis fuerit qui violauerit ecclesiã, vel si non sit soluendo,recurrẽdum est ad statutum, vel consuetudinem loci,secundũ quam determinabitur,quis teneatur facit ad hoc.c.con quæstus.9. q.3.& si hæc omnia deficiant parrochiani cum recto re contribuent& si isti non possunt soluere:tum Episcopus gratis hoc faciet. 1. q. 2.cap.placuit.& in cap.cauendũ.1 0. q.3. vt notat Archid. ibid. & istã opinionem tenet Ioan.de Lig.in Clem.1.de celebration.missarum tenet Abb.in cap.proposuisti.n.11.de cõsecration.ecclesiæ vel altar.istam opinionẽ tenet Innoc.in capi. conquærente de offic.iudic.ord. dicens quod episcopus debet hoc facere suis ex

pen

penſis,quia propter hoc eſt ſimilia recipit redditus Epiſcopales,nec obſtat tex. in cap.cum ſit Romana. de ſimon. quia loquitur in conſecratione ſecundũ Vincen.in cap.ſicut olim de accuſationibus vbi dicitur quod non debetur procuratio niſi in caſibus à iure expreſsis , & idẽ ſentit in dicto cap. propoſuiſti. quod eſt ſingulare ſecundum Zabar. ibi. pro hoc quia cum in certis caſibus ius exprimat procurationem deberi, videtur in alijs prohiberi arg.leg. cũ prætor. ff. de iudicijs l.ex eo.ff.de teſtib.cap.qualis 25. diſ. Subdit tamẽ quod prælati hoc nolũt ſeruare.Sed quoties ex aliqua cauſa accidit eos egredi ad aliquam eccleſiam volunt procurari,& ſic ſecundum predictã opinionem procuratio nõ debetur,& idem tenuit Guil.de Montel.in Clem.frequẽs de exceſ.prælat.Domin.in cap.1.de cenſib.l.6. dicit quod ſi recte opiniones prædicte inſpiciantut,per illas nõ decidere, vtrum procuratio debeatur : ſed ſolum quis debeat procurare. Sed hoc dictum

ſatis rude videtur, quia diſputãtes à quo ſit procurandũ præſuponũt diſputantes procurationẽ deberi: vnde placet mihi ꝙ debeantur, quia eadẽ eſt ratio, ꝙ debeatur pro reconciliatione, ſicut pro cõſecratione, vt ſatis dicit ipſe Domi. & ſatis æqua eſt diſtinctio prædicta; & ab omnibus eccleſijs viſitatio debetur.

14 ¶ Et ſi ſint plures eadẽ die viſitate ab omnibus pro virili portione debetur, vt poſtea dicemus, & talis procuratio nõ ſolũ ab eccleſijs inferioribus viſitatis, ſed etiã ab alijs eccleſijs ciuitatis ipſius epiſcopi, vel archiepiſcopi, ſi illas viſitãt. vt in ca. venerabili. de cenſib. & per gloſ. in qua primo allegatur ratio dubitãdi in illo tex.

15 ¶ Videbatur enim quod non eſſet procurandus, ſicut in ſimili dicimus quod quando iudex proficiſcitur extra domicilium, computat ea quæ domi expẽdiſſet; in ca. cum ab omni, de uita & honeſtate clericor. vbi gl. ver. preter expẽſas.

16 ¶ Sed ratio decidẽdi in contrariũ ꝙ debeatur

beatur procuratio.vt in d.ca.venerabili. fuit quia in procuratione nō consideratur interesse.Sed procuratio datur in signum subiectionis,vel ratione officij quæ ratio non solum vendicat sibi locū tam in ecclesijs ciuitatis quam diœcesis.

17 ¶ Præterea procurationem dare an sit de lege iurisdictionis, an de lege diœcesana Greg.glos.ver.procuració in l.2. tit.12.p.1.dicit quod est de lege diœcesana & allegat Hostiens.dicentem esse de lege iurisdictionis.

18 ¶ Lex tamen part.dicit contrarium, nam determinat,quæ sint de lege diœcesana,& quæ sint đ lege iurisdictionis propter multas rationes inquam,& propter varias causas ꝓcuratio visitatori datur, prima est,quia nature consonū est,visitatores nō recusare onera,qui eorū cōmoda complectuntur , vt est tex.in Clem.1. de censib.in princip.& probatur in regula secundum naturam.ff.de regul. iur.& in regul.is qui sentit onus de regu.iur.li. 6.vnde dicit lex , non est ferendus

qui

qui lucrum amplectitur & c.l.1.§. pro se cundo in fin.C.de caduc.tollend.Secunda ratio est,quia qui in vno grauatur,debet in alio releuari.l.eum qui, in principio.ff.de iure iurand.& cap.fin.de parrochijs. Tertia ratio est , quod cum visitator laboret pro ipsis visitatis, bene sequitur,vt ab illis subsidium reportet. ca. cũ istãtia de cẽs. Quarta rõ est ex quo visitator seminat spũalia cõbeniẽs est vt tẽporalia metat.vt in c.cũ ex offi.de præscri. c.felicis prope finem de censi.li.6.Quinta ratio quia datur ratione officij , & in signum subiectionis notat Abb.in capit. procurationes n.5.& in cap. venerabili. n.2.de censib.idem Abb. in cap. cum ex officij n.9.de præscriptionib.Sexta ratio vt facilius prælati inducantur ad visitationem faciendam,sicut videmus in canonicis,quibus distributiones quotidiane dantur ratione inter essentie diuinorum , licet de iure teneantur ad officia diuina.ca.1.de clericis non residenti. li. 6.Abb.in d.ca.procurationes n.5.de censib.

ſib.& in cap.cum ex officij nu.9. de præſcriptio.Septima ratio eſt quæcolligitur ex cap.cum inſtantia.de cenſi. videlicet quod datur propter ſolicitudinem quã prælatus gerit viſitando, & prouidendo eccleſijs, ex quo infert Goffred. & poſt. cum Zabar.ibi quod ceſſante viſitatione procuratio non debetur, de quo poſtea dicemus.Octaua ratio eſt,quia dicitur viſitatio quodammodo militare: & nemo ſuis ſtipendijs militare debet cap. charitatem.12.q.2.

19 ¶ Labor namq; non debet eſſe ſine fructu.vt ibi gloſ.fin.

20 ¶ Labore certe fugatur egeſtas.

21 ¶ Ideo Apoſtol.Paul.Epiſtol.1.adCorinth.c.9.neſcitis quoniam qui in ſacrario operãtur,quæ de ſacrario ſunt, edũt & Deuteronom.ca.25.non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Nona ratio quia procuratio datur,neviſitatio negligatur,vt refert Ioan.Andreas poſt Innoc.& Abbatem in cap.cum ex officij n. 9.de præſcriptionibus quia procuratio

annexa est visitationi. ca.cũ venerabilis de censi.& ibi Zabar. & in c. venerabili. eod.tit.

22 ¶Infertur ex prædictis ꝙ cessante visitatione non debetur visitatori procuratio.secundũ Goffred.in ca.cum instantia.de censib.& probatur in d.ca.procurationes eod.tit.& ibid. Abba. & Zabar, & probatur in ca.2.de cẽsi.in.6.ibi dũdicit tex. procurationẽ sibi ratione visitationis debitam,& c. felicis ibi à locis personaliter visitatis,& cap. si episcopus de offi.ordinar.lib. 6. tenet Ioan. Andreas in additio.ad Specu.tit.de procurationibus in vltima additione vbi subdit,quod per prædicta non esset dubia quæstio domini Thom.de Piperata de marchione mõtis ferrati,qui debebat habere ab vniuersitate cuiusdam castri quolibet anno duas albergarias:cum vero per quinquenium stetisset,quibus non iuit ad Castrũ prædictũ,nec procurationes recepisset: quærebatur,vtrum posset petere estimationẽ illarum albergariarũ, & prædicta

quæ-

quæstio etiã posset esse vtilis canonistis in procuratione, quæ debetur prælato ex constitutione vel ex pacto ca.quãto. de censi.de quo postea dicemus tenuit Thomas quod non posit, & maxime illa ratione quia tacite videtur actum inter partes illas albergarias præstari si marchio ad Castrũ iuerit.facit tex.in ca. cum venerabilis de censi. vel cum ad ecclesiam ipsam accesserit. Et quod tacite agitur pro expresso habetur.l.cũ quid ff.si certũ petatur l.sicui.ff.de seruitu. Itẽ quia alias esset in potestate marchionis nõ eũdo ad castrũ,recipere aliud ꝑ alio. videlicet estimationẽ pro albergaria : & hoc licet cõmuni cõsensu posit fieri vni tamẽ soli parti nõ licet l.si quis in rẽ.ff. đ arbitris.l.in vẽdẽdis.C.đ cõtrahẽ. empt.
23 ¶Item esset in iustum quod creditor à debitore inuitus reciperet aliud ꝑ alio ꝙ đbitũ in vito creditori solui nõ posset l.2.§.mutui datio.ff.si certũ petatur in fi. l.promis.§.fi. ff.de cõstituta pecunia qua propter æqualitas seruanda est l. fi.C.de fru-

fructibus & licitum expens,& in cap. nõ licet actori.de reg.iuris li.6. vbi habetur non licet actori, quod reo licitum non existit.& sic Ioan. Andr.in dict. additione ad Specul.

24 ¶ Et quæ dicta sunt procedunt in procuratione debita de iure cõmuni, vt Archiepiscopo Episcopo & similibus qui procurari non debent, nisi personaliter visitent.

72 ¶Hodie oratoria ab ordinarijs ſunt deſignanda,& viſitanda, vt eſt tex.in cõcil.Trident.ſeſſ.22.decreto de obſeruandis & euitandis in celebration.miſſæ , & in cap. 8. eadem ſeſſ. vbi poteſt videre, qualiter epiſcopi ſint executores omniũ piarum diſpoſitionum tam in vltima voluntate,quam inter viuos & qualiter poſſunt viſitare hoſpitalia,collegia quecunq;,ac confraternitates laicorum,& eleemoſynas montis pietatis. Et etiam poſſunt

ſunt viſitare omnia loca pia quomodocunq; nuncupentur, etiam ſi ad laicos cura pertineat, & etiam poſſunt viſitare omnia quæ inſtituta ſunt ad cultũ Dei, aut ad ſalutem animarum. Seu ad pauperes ſuſtentandos.

73 ¶ Quoties eccleſia aut oratorium fuerit authoritate preſulis conſtructum, dicitur religioſum. l. 1. tit. 12. p. 1. vbi dicitur caſas de religiõ ſon dichas las hermitas y los monaſterios delas ordenes, y delas ygleſias, y los hoſpitales, y las aluerguerias: y todos los otros lugares que ſeñaladamente fazen los omes a ſeruicio de Dios, en qualquier nome que ayan: y aũ los oratorios que fazen en ſus caſas, con otorgamiento de ſus Obiſpos. Pero departimiento ay entre todos eſtos ſobre dichos, ca los vnos ſon llamados religioſos y ſagrados: aſsi como los que ſon fechos con otorgamiẽto del obiſpo, quier ſean ygleſias, quier monaſterios, o otros lugares, que ſean fechos ſeñaladamente para ſeruicio de Dios: e los otros ſon lla-

mados tan solamente religiosos: assi como los hospitales e las aluerguerias q̃ fazen los omes para rescebir los pobres: y las otras casas, que son fechas, para fazer enellas cosas y obras de piedad. Vbi dicit Montal. ꝙ oratoria etiam quæ aliqui ex deuotione in proprijs domibus autoritate episcopi construunt. loca religiosa sunt, allegat tex. in ca. in oratorio. 42. dist. ca. quidã. 18. q. 2. ca. vnicuique de cõsecrat. di. 1. c. clericos, &c. c. si quis ead. d.

74 ¶ Et addit quod oratorium idem est quod ecclesia, seu capella. allegat ca. fin. de ecclesiastic. edificijs.

75 ¶ Si autem oratorium aut hospitale non fuit constructum autoritate episcopi, dominus potest penitere, quandocũq; voluerit Bald. in leg. orphanotrophos C. de episcopis & cleric. nec relicta talibus acquiruntur sibi. Sed episcopus distribuet inter pauperes Bal. in autentic. hoc ius porrectũ col. 2. C. de sacrosanct. ecclesijs Greg. glo. fi. in. d. l. 1. tit. 12. p. 1.

76 ¶ Si oratoriũ cõstruatur, & cõstruens pro-

prohibeat,ne episcopus habeat curã ora torij,prohibitio nõ valet.Coua.in.c.tua. n.8.de testa.allegat Inno.in.c. in Latera nensi.de præb.Abb.in.c.requisisti. de te sta.co.pẽ.& dicit,ꝙ nihil oberit,si testator ipse velit bona illa aut dotẽ oratorij in alium pium vsum expẽdi.eo casu quo episcopus eius prohibitioni renitatur al legat Fel.in cap.cum venerabilis.n33.de exceptionib.& Roch.in tract.de iur. patro.ver.pro eo quod.q.12.contrariã sen tentiam tenet Ferdin. Menchacẽsis, de succesionum creatione lib.1.§.7.nu.17. in hoc autem quid dicendum cum ratio postulet,vt illis non detrahatur contrarijs ordinationibus,quæ bene constituta sunt,vt habetur in cõc.Trid. sess.25.ca.5

77 ¶ In hoc dicendum est quod si in institutione,aut ordinatione expresse cautum est , id seruetur , idem est in nostro text. in fin.verb.patroni vero & sess. 25. capitul. 8. fol. 2 o 2. verb. quod ordinatum fuit obseruari curet episcopus. Et si ratio esset reddenda aliquibus

perſonis, etiam ordinarius tunc cum ijs adhibeatur, & liberationes, ſeu rationes àliter facte nullius momenti ſunt, nec valent adminiſtratoribus talium locorũ concil.. Triden. ſeſſ. 22. cap. 9.

78 ¶ Frias in tract. de viſitatio. ca. 19. dat ordinem viſitandi oratoria & capellas pues enel capitulo. Romana de cenſib. lib. 6. ſe manda que el perlado deue de entender cerca de la viſitacion no ſolo delas ygleſias mayores: pero tambié de las menores, y enel cap. placuit. 10. q. 1. ſe dize q̃ el Obiſpo deue rodear qualquier ygleſia de ſu diœceſi y ver ſi tiene neceſſidad de reparos: deſpues que el viſitador ouiere viſitado los hoſpitales præſertim que con ſu autoridad deldiœceſano ſe fundaron: enlos quales ala opinió de muchos pareſce tener mas eſpecial iuriſdicion: luego deue de auer informació ſi enla tal ciudad villa o lugar, aya algunos oratorios y hermitas en los arrabales y rededores del. Y ſabido deue de yr a viſitar a cada qual de ellos, pidiendo

ante

ante todas cosas el libro de la visitacion y la fundacion del tal oratorio, o hermita, y sabra quien aya sido el fundador y quan antigua sea, y en limites, en q̃ parrochia esta situada: y si de licencia de la tal parrochia y rector de ella y con autoridad del diœcesano: y si paga algun censo, o tributos, y a quien, y si tiene algunos reditos y ornamentos, y si de todo ouiere inuentario como arriba se dixo, sino fagalo ansi de possessiones como de atauios y ornamentos: y reparar lo necessario, y cobrar lo enagenado, y si tiene mayordomo, y tomele cuenta y vea como se gastan los reditos y prouea en los reparar: y si tiene algun rector, y si haze bien su officio conforme a la institucion ansi enlas missas como en todo lo al a que sea obligado.
Y ansi el visitador como su notario firmen la visitacion.

79 ¶Aduertere etiam debet visitator an bona hospitalium seu aliorum locorum piorum describantur, & pro eis contri-

 butio

butio fiat, nam eorum bona pari priuilegio gaudent. Sicut bona ecclesiæ, vt notat Bald. in.l. omnes. §. præterea nullus C. de episcop. & cleric. quem sequitur Alexander in secund. volumin. consi. 9. refert.

80 ¶ Et sequitur Nun. de Auenda. in cap. 14.n.32.p.2. de exequend. mandat. vbi dicit quod bona hospitalium libera sunt à communibus allegat Felin. in capitu. de quarta. de præscriotionibus. nume. 10. & idem dicit de bonis fraternitatum secularium, si illa, & eorum fructus consumũtur in hospitalibus, & negotijs pijs, nulla ad mixta profanitate.

81 ¶ Nam si in conuiuijs, vel in agitandis tauris consumerentur talia bona, & fructus eorum, crederem quod tale colegium confraternitatis sit seculare, & profanum, allegat Bald. in autentic. hoc ius porrectum col. 2. C. de sacrosanct. ecclesi. & Paul. in. l. collegium. C. de hæredibus instituend. quod eius bona non sunt libera à muneribus, sicut & cetera

bona

bona laicorum, itaq; visitatores causa procurationis quidquam pro visitatione non debent recipere præter id quod iuro debetur potest.

82 ❡ Etiam testator heredem grauare vel legatarium ad exibendum procurationem annuatim aliquibus pijs locis, ita Abb. in cap. quanto. nu. 3. de censib. & per nostrum tex. hic verb. aut alio quouis nomine.

IN VERBIS.

Nec pecuniam, nec munus, quodcunquè sit.

1 *Visitatores debent esse contenti suis stipendijs.*

2 *Iudices ordinarij ex publico salariati prohibentur recipere esculentum & poculentum.*

3 *Pecunias visitator quare recipere non debent.*

4 *Perfectio pecuniarum imperfectum suplet.*

5 *En Seuilla los dineros, y en Xerez los labradores, en Cordoua trobadores, y en Castilla caualleros.*
6 *Examinatores occasione examinis quidquam recipere non debent, alioqui simonie vitium tã ipsi quam dantes incurrunt.*
7 *Quæstus si à visitatoribus exigantur, ad pios vsus conuertantur.*
8 *Munerum receptio operatur malum.*
9 *Munus multas habet significationes.*
10 *Iustitia administranda nullo premio recepto.*
11 *Iustus non est, qui iuste agit, non ob ipsam virtutem, sed ob aliam causam.*
12 *Lex duodecim tabularum iustißime decreuit. qui ob rem dicendam pecuniam accepisset, capite puniendum fore.*
13 *Anytus Anchenionis filius fuit primus qui iubus pecuniam dedit.*
14 *Verbum quodcunquè, & quidquam sunt vniuersales dictiones, omnia excludentes.*

1 ¶ Visitatores debent esse contenti suis stipendijs, vt habetur in cap. militare, & cap.

cap.paratus.23.q.1.Luc.in cap.3.
2 ¶ Iudices nempe ordinarij ex publico salariati prohibentur recipere esculentũ & poculentum vt in auth. ius iurandum quod prestatur, & ibi glos. ver. annonis collat.2. autentic. de mandatis principũ §.oportet igitur collat.3.
3 ¶ Quare visitator non debet recipere pecunias tradit Domin. in cap.1.§. procurationes.n.3.de censib.libr.6.pecunia ideo prohibetur hic,in tex.quia ad refor mandos mores illa non est recipienda l.vnica.§.taceat.C.de rei vxori action.
4 ¶Ideo dicit Ioan.Andre.in Clem.2.de magistr. imperfectum suplet perfectio pecuniarum.
5 ¶Y dize vn refran, en Seuilla los dineros,en Xerez los labradores,enCastilla caualleros,en Cordoua trobadores.
6 ¶Et dicit concil.Trid.sess.24.ca.18.caueant ne quidquam prorsus occasione huius examinis nec ante nec post acipiant: alioqui simonie vitium tam ipsi quam alij dantes incurrant: aqua absol-

ui nequeant: nisi dimissis beneficijs quæ antea obtinebant: & ad alia in posterum in habiles reddantur, vide etiam quæ tra duntur in concil. Coloniens. in tit. de iurisd. eccl. ca. 8. vbi hos quæstus prohibet.

7 ¶ Et si interdum exigantur, ad pios vsus conuertantur, ne magis auaritiæ, quam correctionis causa ex acti videan tur, quod prosequitur Preposit. in capit. quoniam. 18. distin. colu. 3. glos. verb. pecuniarios tit. de concubinarijs. §. quia vero tom. 2. fol. 190. in Pragm. Sanct. propter quod humana affectione post posita turpes quæstus visitatores euitare debét l. quintus. ff. de donati. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eod. tit. appellatione pecuniæ quid contineatur tradit Domin. in cap. exegit. de censi. li. 6. n. 6. non solum tex. prohibet, vt pecunia non recipiatur, sed etiam prohibet quodcunq; munus.

8 ¶ Et receptio munerum operatur mala, vt in Psalm. 25. ibi dicitur in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorú repleta est muneribus ideo Deuterono-

miú

mium ca.16. Non accipies munera quia excecant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.

9 ¶ Verbum munus multas habet significationes.l.munus ff.de verb.signifi.glos. verb.nullum.§.in super cap.statutum de rescript.libr.6. de quibus per Guillierm. de Cuneo tractatu de muneribus,& per Petrum Antibolum eod.tra. cauere igitur debent iudices à talibus.

10 ¶ Debent enim nullo premio recepto iustitia administrare ca. cũ ab omni debita &honestate cler.l.52.tit.14.p.5.c. qui recte.11.q.3.vbi ait qui recte iudicat, & premium remunerationis expectat fraudem in Deum perpetrat: quia iustitiam quam gratis impertiri debuit, acceptioni pecunie vendidit, vide leg.fin.ff. de condiction.ob turpẽ.causam.

11 ¶ Et iustus non est qui iuste agit, non ob ipsam virtutem, sed ob aliam causam, vt tradit Arist.li.6.Ethic.ca.12. & vide Valer.Max.li.sexto capit. 5. & capit. 3. quo in loco facit mentionem Cambisis

bisis Persarum regis qui prouidit pœna noua & atroci, ne aliquis iudex postea corrumpi posset: dum iudicis cuiusdam iniqui ex corpore pellemde tractã, sellæ intendi, in eaq; filium eius iudicaturum considere iussit, is autem iudex dictus est Sisannes prior Asiæ parti perfectus, eius autem filius Otans.

12 ¶ Ideo lex duodecim tabularum iustissimæ decreuit iudicem, qui ob rem dicẽdam pecuniam accepisset, capite puniẽdum fore cuius meminit Couar. in reg. peccatum.2.p.relectionis.§.3.n.1.

13 ¶ Vbi dicit quod in Athenis, Anytus, Anchenionis filius fuit primus qui iudicibus pecuniam dedit.

14 ¶ Dictiones quodcunq;, & quidquam in tex. posite sunt vniuersales: omnia excludentes cap. statutum. §. in super. vbi glos. de rescript. lib. 6. ver. multũ, & glos. in Clem. vt hi qui. de ætate qualitate, & Clem. 1. de præbend. Ioan. Andr. in capi. graue. de offic. ordinar.

In ver-

IN VERBIS

Etiam qualitercumquè offeratur, accipiat.

1 *Iudex seu visitator auolente an poßit aliquid recipere.*
2 *Delegatus Pape post recipere esculentum, & poculentum paucis consumenda.*
3 *Munera etiam si vltro offerantur, ad huc iudici non licet accipere.*
4 *Notarius pro scriptura non potest recipere nisi certam quantitatem etiam à sponte dante.*
5 *Prominimis quibusdam lex non ofenditur.*
6 *Iudicis animus pro paruo non flectitur.*
7 *Inquisitores hæretice prauitatis an poßint aliquid recipere, etiam ab officialibus.*
8 *Commestibilia, & potabilia quãdo dicantur magna, vel parua arbitrio iudicis relinquitur.*
9 *Officialis si recipit pecuniam mutuo, an præsumatur barateria.*
10 *Pecunie appllatione continetur vtilitas,*
11 *Aurum est quod auro equiualet.*
12 *Iudex si à fœneratore gratis recipit, an præsumatur*

matur barateria.

13 *Quæ probatio sufficiens erit contra iudicem recipientem munera.*

14 *Iudicis fuga antequam ad impleat tempus residentie, an faciat semiplenam probationem de barateriis seu extortionibus per eum factis.*

15 *Officialis propter fugam redditur suspectus, adeo quod possit ad torturam perueniri.*

16 *Iudex munera accipiens grauius delinquit, quam dans.*

17 *Denuncians sponte, & se deferens, veniam culpe meretur, probans quod iudici dedit.*

18 *Iudex turpiter accipit, quod lege iustitiæ ministrare tenebatur, & danti repetitio datur.*

19 *Iudex si munera clam recepit, ista probatio qualiter fiet, & .n.22.*

20 *Iudicum delicta sunt difficilis probationis.*

21 *In delictis iudicum minor probatio sufficit.*

23 *Iudex post sententiam an possit aliquid recipere à litigatoribus.*

24 *Medicus salariatus an possit accipere aliquid ab egrotis.*

25 *Mutuans an possit recipere aliquid, postquam sibi*

sibi reddita est pecunia.

26 *Notarius episcopi qui nihil debet exigere pro instrumentis ordinum collatorum, an postea possit aliquid recipere.*

27 *Visitator finito officio potest recipere nulla præcedente promissione,*

28 *Vbi cessat causa prohibitionis, cessat prohibitio*

29 *Iudex à litigatore an possit exigere cautionem in demnitatis.*

30 *Archiepiscopus, episcopus, & visitatores simi les possunt recipere solum procurationes sibi debitas, & nihil pro eundo & redeundo, & quid de esculentis & poculentis.*

31 *Oblata uoluntarie an possit episcopus recipere.*

32 *Episcopus pro collatione ordnum nihil potest recipere, etiam oblatum sponte.*

33 *Donum an possit recipi; dic, quod visitatores donum recipere non possunt.*

1 ¶ A uolente an visitator seu iudex possit aliquid recipere arg. contra in cap. & si quæstiones, & cap. dilectus fil. in fin. de simon. ca. placuit. 1. q. 2. vbi gratis oblatũ lici-

licite recipitur à confirmatore, & consecrante, & ab ordinante cap. sicut. 1. q. 2. forte cõfirmator posset recipere aliqua encenia modici præiudicij pacto cessante, non ratione confirmationis, aut eius colore, sed ex charitate quadam sponte sibi oblata arg. de delegato Pape qui licet gratis oblata recipere prohibeatur.

2 ¶ Potest tamẽ recipere esculentũ & poculẽtũ paucis cõsumendũ diebus c. statutum. §. in super de rescript. li. 6. facit tex. in cap. 2. de censib. libr. 6. vbi bona glos. ver. munera, talia enim lucra non sunt. l. solet. in fin. ff. de offic. pro consul. neque est præsumendum quod propter huiusmodi encenia moueatur confirmator, vt in d. ca. & si quæstiones consultius tamen faci & si ab omni munere se abstineat. cap. sunt nonulli. 1. q. 1.

3 ¶ Itaq; munera etiam si vltro offerantur, ad huc iudici non licet accipere leg. per omnes. C. de stractoribus lib. 12. tex. in cap. exegit. de censib. lib. 6. vbi, qui exigere aliquid non potest, nec ab sponte soluen-

ſoluente recipere poterit,gloſ.ver.accipientem in.l.vnica.C.publice letitie vel conſulum lib.12.vbi gloſ.cēſet pari pena eum eſſe puniendum qui accipit aſponte offerentibus, ac illum qui exigit. quā gloſ.ibi notat Ioan. Plat. Montaluo in repertor.verb.tabelliones.

4 ¶ Vbi dicit additio quod notarius pro ſcriptura non poteſt recipere niſi certā quantitatem,etiam à ſponte dante.Allegat Bart.in leg. inuictus. ff. de regul.iur. Nau.in Man.ca.25.n.54.non obſtat opinio Ioan.de Plat. in d.l.vnica deſtrator. C.lib.12.nam Clem.1.de immunitate eccleſiæ quam allegat loquitur in caſu permiſſo à iure.

5 ¶Si autem quod datur iudici eſt minimum pro minimis quibuſdam non oſenditur lex veluti pro vno pari faſianorum vel pro duabus fialis maluaſiæ.l. quamuis.ff.de conditionib.& demonſtration.

6 ¶ Quia pro tam paruo iudicis animus non flectitur gloſ.in ca.non licet.11. q.3. exemplificat Gundiſſalus de Villadieg.

tract.de hæretic.q.8.n.9.& vide si placet eundem Nau.vbi supra.]
7 ¶ Inquisitores autē an possint aliquid recipere, veluti munera,& xenia & similia idem Villad.vbi supra tract istā quæstionem.Sed Iacobus Septimacēs. de catholic.institutio.cap.34.n.fin.dicit quod inquisitores prohibentur munera & xenia capere,quod si secus fecerint,sententiam excommunicationis incurrunt. officio priuantur, & duplum soluent allegat prim.instructionem Hispalens.capi. 25.& iterum instruct.2.capi. 1. quod etiā locum habet si à suis officialibus quicquam acceperint,& in super mulctantur decem milibus nummis , cum pene sub iaceat,qui ex officialibus hoc non reuelauerit,hæc ille.
8 ¶ Ista autē cōmestibilia minima & potabilia quando dicantur magna, vel parua relinquiturarbitrio iudicis,non enim potest certa doctrina asignari Abb.in.c. & si quæstiones.n.8.de simonia.
9 ¶ Quid dicendū si officialis recipit pecuniā

cuniã mutuo, dic ꝙ punitur, quia in eo præſumitur barateria, vt tenet Bald. in l.1. C. de calumniatoribus dicens idem eſſe in alijs rebus.

10 ¶ Quia appellatione pecuniæ continetur vtilitas.

11 ¶ Aurum enim eſt, vt habet vulgare prouerbium, quod auro equiualet.

12 ¶ Et idem eſt dicendum ſi à fœneratore gratis recipit. vt tenet Pari. đ Pute. in tract. ſindicat. in part. an ſi tẽpore. n. 3.

13 ¶ Quæ autẽ probatio ſufficiẽs erit contra iudicẽ dicta munera recipiẽte glo. in auten. vt iudices ſine quo ſuffragio. §. neceſsitatẽ colla. 2. tenet ꝙ furtũ & barateria cõtra officialẽ probatur per iuramẽtũ aduerſarij probat ſingularis tex. in autẽ. de colla. §. iubemus. ver. ſi vero. colla. 9. Sed ille tex. nõ obſtat, quia loquitur in iudice qui aufugit tẽpore ſindicatus, antequã ad impleat tempus reſidentiæ.

14 ¶ Quia talis fuga adeo facit ſemi plenam probationem, ſeu præſumptionẽ, ꝙ de furtis, & baraterijs, ſeu extortioni

bus per eum factis,probatur per iuramẽ tum eorum qui conqueruntur de eis,qui alias si non fugisset,deberent plene probari per testes, vt tenet.as In rep. leg.ad monendi.n.177.ff.de iure.iur.

15 ¶Eo quia officialis per talem fugam redditur suspectus , adeo quod possit ad torturam perveniri. quod Ias. dicit diligenter notandum , & vide eundem Ias. in.l. vnica.n. 3. C. vt omnes iudices tam ciuile quam militar.

16 ¶Iudex munera accipiens grauius delinquit,quam dans:tũc ratione dignitatis & muneris sibi commissi gratis.l. quædã delicta,& ibi Bart.& Albericus.ff.de penis,cum concordatis per Tiraquelũ, de nobilit.cap.20.n.112. & duobus sequentibus,tunc etiam ratione periurij quod incurrit munera recipiendo,quo fit, vt facilius parcatur danti.

17 ¶ Quippe qui sponte denuncians , & se deferens,probansq; quod iudici dedit meretur veniam culpe, neque aliquã penam proinde subit. aut. vt litigantes iu-

ient

rent in exord. §. si quis autem. col.9.l.8. tit.15.lib.2.ord.reg.

18 ¶Et damti repetitio datur, quia iudex turpiter accipit, quod lege iustitie ministrare tenebatur.l.fin.ff. de conditionib. ob turp.causam.

19 ¶Si autem iudex munera clam recipit, qualiter ista probatio fiet, pro declaratione huius quæstionis considerare oportet, quod in delictis & factis clandestinis probationes admittũtur, quæ alias non admitterentur, vt notat Bar.& post eum Ias.& doctor.in leg.si quis ex argentarijs.§.pretor ait.ff.de edendo, Carrerius Regius in leg.obseruare.C.quorum appellatio non recipitur.n. 165. quando iudices recipiunt munus, solet fieri secreto,& ob id est crimen difficilis probationis.l.8.tit.15.lib.2.ord. reg. ibi ellos lo reciben lo mas secretamente que puedẽ y esto seria graue de prouar.

20 ¶Imo omnia delicta iudicum sunt dificilis probationis, vt dicit.l.1. tit. 16.p.3. in fin.ibi, y porque los yerros que hazen

estos a tales,son fechos muy ascondidamente, y no podrian ser prouados si no por aquellos que viuen con ellos a la sazon que los fizieron.

21 ¶ Cũ igitur delicta iudicũ sint dificilis probationis sufficit minor probatio tũc ex hoc,tũ quia barateria est crimẽ atrocissimũ,& falsitatis, & ob id minor probatio sufficit, & testes etiã inhabiles probant.vt vtrumq; disserit Hippolytus in.l. Cornelia sub num.2. &.3. ff.ad leg. Corneliam deficar.Did.peres in.d. leg.8.tit. 15.lib.2.ord.

22 ¶ Probatio itaq; cõtra iudicẽ qui recepit clam munera qualiter sit facienda videndus est Nun.de Auend.cap.2.p.1. de exeq.mandat.n.16.cum seq.

23 ¶ Post sentẽtiã vero an iudex possit aliquid recipere à litigatoribus hac in specie cõsuluit Petr.de Anch.cõs.271.de titulis criminũ.n.4.valere eius iudiciũ, neq; cõtraxisse quidẽ repetũdarũ crimẽ,aut vt vulgo dicitur baraterie cui sententiæ subcripsit Fel.in.c.tua nos.in.fi. ver.2.limita

mita de ſimonia Gemin.in capit.ſtatutũ §.in ſuper.de reſcript.lib.6.

24 ¶ Idẽ dicendũ de medico. qui habet ſtipendiũ publicũ ſub tali conditione,ne quid ab egrotis recipiat: poteſt tamẽ ab egrotis poſt reſtitutam ſanitatẽ recipere ſponte oblata, vt notat Ripa in tract. de peſte part.vltima de remedijs ad curandam peſtem.§.medicorum.n.114.

25 ¶ Idem dicendum de mutuante poſt quam ſibi reddita eſt pecunia mutuata, nam licite recipit,quod ſponte fuerit oblatũ arg.obligationis ad anti dota,& vi de glo.Bernard.in.c. cõſuluit de vſurijs.

26 ¶ Idem dicendum de notario epiſcopi qui nihil debet exigere pro inſtrumẽtis ordinum collatorũ.c.1.de ſimon.con cil. Trid.ſeſſ.21.cap.1. de reform. poteſt nihilominus poſt confecta inſtrumenta & data ordinato,recipere oblata ſponte ab ordinato,quia talis oblatio non proceſsit exambientis petitione capi. ſicut epiſcopum.1.q.2.vbi enim cauſa non ad eſt vitium non imputatur. cap. neophitus

tus.61.dis. maxime credo si ab initio nulla intentio ad hoc accesit.glos. penulti. cap.1. de simon.

27 ¶ Visitator finito offitio potest precedentem nulla promisione recipere Platea in.l.archiatri.n.fin. C.de professoribus & medic.lib.10.

28 ¶Nam vbi cessat causa prohibitionis, cessat prohibitio.l.1. C.si rector prouincie & ibi Bald.tex.in.c.non debet de cōsanguinitate & affinit.

29 ¶ Item iudex an posit exigere à litigatore cautionem indemnitatis, iudicibus curiæ, foriq;, seu cancellariæ regiæ cautionem indemnitatis quomodo accipere iure regio prohibitum est.l.40.§.58.in pragm. Et istam quæstionem tractat Bald.in cap.cum ab omni. deuita & honestat.cleric.idem Bald.in.l.omne.ff. de condit.obturp.caus.vbi Ias. n.4. dicit quod ista promisio in demnitatis præsumitur facta animo corrumpendi iudicem.

30 ¶ Et ita concludendum censeo scilicet

cet Archiepiſcopus epiſcopus & ſimiles viſitatores ſolum poſſunt recipere procurationes modeſtas ſibi debitas, nec quidquam exigere ab in victis, pro eũdo & redeundo: imo nec poſſunt recipere quidquam auolentibus tex. in capi. 2. de cenſib. lib. 6. Sed Innocen. in cap. procurationes de cenſibus tenuit contrarium vt dicit Garcias quod ſequitur Hoſtien. & Guil. quos refert gloſ. ſuper ver. pecuniã. in d. cap. 2. de cenſibus & ſic videtur Innoc. ſibi contrarius pro cõcordia dic. quod quando legati & nuntij Apoſtolici venientes pro vtilitate loci procedit opinio Innoc. vt refert Ioan. And. & hoc facit errare Garcias nec etiam eſculenta & poculenta poſſunt recipere Archiepiſcopus & epiſcopus, & ſimiles viſitatores vltra procurationes, vt per Abbatem in. d. cap. procurationes. nu. 6. Domin. in cap. 1. §. procurationes. nu. 7. de cenſib. li. 6.

31 ¶ Oblata voluntariæ poteſt epiſcopus recipere vt eſt tex. in cap. ſicut epiſcopũ

1. q.

1.q.2.quem refert,& sequitur Ioan Bertachin tract. de Episcopis. p. 2. de causa materiali degradationis vel depositionis. num.40. quod intellige, vt noster tex.declarat.ibi quod si quisquam quod absit aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere presumpserit.

32 ¶ Idem est dicendum pro collatione ordinum, nam episcopus etiam oblatum sponte non potest recipere. tex.est in cap.1.de reform.in.d. concil.Triden. sess.21.

33 ¶ Donum an possit recipi, dic quod non,quia ex quo prohibentur munus & pecunia ex quacumq; causa,& qualitercumq; offeratur, multo fortius donum, quod fit sine causa.l. inter donum. ff. de verb.signific.Ioan.And. & notat Domi. in capit.1. §. procurationes.n. 6. de censib.lib.6.

IN VERBIS.

Non obstante quacunquè consuetudine,etiam immemoriabili.

1 Iudex vltra salarium non potest aliquid quoquo modo accipere, licet consuetudo sit in contrarium.

2 Lex quando reprobat consuetudinem censetur immemorialis reprobata.

3 Consuetudo immemorialis semper præsumitur iusta & rationabilis, etiam si esset contra dispositionem legis anterioris.

4 Consuetueo dicitur nã licet minus iusta prestat tamen probabilem causam dubitandi.

5 Contractus qui sapit vsurariam prauitatem, ex consuetudine reputatur licitus.

6 Quod tempus dicatur cuius initij memoria non sit, an centum annorum.

7 Consuetudo antiquißima an valeat, vt aliquid detur tempore visitatio vltra victualia.

1 ¶ Iudex vltra salarium non potest aliquid quoquo modo accipere, non obstante consuetudine in contrarium; vt per Lucam de Pen. traditur in leg. 1. C. de salgamo ho pitib. non præstandis libr. 12. probat Nuñez de Auendan. de

de exequendis mandatis ca.2.nu.12.p.1. & latius Auilesius in ca.8.prætor.ver. costumbre quos refert & sequitur Dialog. Relatoris.p.3.ca.24.n.7.

2 ¶ Quando lex reprobat consuetudinē censetur immemorialis reprobata:nam omnis consuetudo censetur exclusa secundum Abbat.in cap.cum ex officij.de præscript.Rochus in cap. fin.de consuetudin.

3 ¶ Idem Nuñez vbi supra ca6.n.7. dicit quod consuetudo immemorialis semper præsumitur iusta & rationabilis,etiā si esset contra dispositionem legis anterioris, allegat eundem Rochum vbi supra,& Alexandr.in cap.quo iure alias in cap.frustra.8.distin.

4 ¶ Merito igitur dicit tex.immemorialis, nam consuetudo diuturna licet minus iusta præstat probabilem causam dubitandi.ca.licet de sponsa duorum, & etiam facit text.in capit.cum dilectus de consuetud.

5 ¶ Propter quod Bart. dicit in.l.quis sit fugi-

fugitiuus. §.apud labeonē. ff. de edilict. edict. ꝙ cōtractus qui sapit vsurariā prauitatem, ex consuetudine, reputatur licitus.

6 ¶ Quod autem dicatur tempus cuius initij memoria non sit, vide tex. in leg. si arbiter. ff. de probation. Multi tamen doctores voluerunt quod centum anni dicatur tempus cuius initij memoria nō sit, hoc tenet Cinus in. l. 2. q. 9. C. de serui tutib. & Anton. de Butrio in cap. veniēs de testibus, vbi etiam hoc tenet Inn. col. 2. hos & multos alios refert Barthol. Cepol. de seruitutib. vrbanorum prædiorū cap. 19. n. 5. Sed contrarium, imo quod tempus centum annorum non dicatur immemoriale tenet Cardinal. in cap. si diligenti. de præscriptionibus & sequitur Fel. in cap. ad audientiam col. fin. nu. 27. de præscriptionibus, & idem videtur tenere Francisc. Balb. in tract. præscriptionibus, & addit aliam rationem: quia etiā elapsis centum annis potest haberi memoria per adiutoriū, vel famam seu cō-

munem opinionem, & sic non potest dici tempus immemoriale vt in.d.l. si arbiter. Tamen quod centum anni dicatur tempus immemoriale, teneo pro constãti. ad quod vide Innoc. in capit. veniens de verborum significat.

7 ¶ Præterea consuetudo maxime antiquisima an valeat, vt aliquid detur tempore visitationis vltra victualia vide Domin. Abb. in consil. 7. p. 2. nu. 4. vbi dicit, quod cum animo visitationis tempore fuerit tradita certa quantitas pecuniæ per quemlibet rectorem ecclesiæ Archiepiscopo per tantum tempus, de cuius initio nõ est memoria, debemus præsummere quod ex iusta causa hoc fuit ab initio impositum, & forte loco cathedratici, quod presumere est iustissimum, nam si recepit pecuniam vltra victualia per tantum tempus de cuius initio non est memoria: cursus tanti temporis habet vim constituti, & priuilegij allegat ca. 1. de præscriptionibus lib. 6. & .l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, &

& estiual.&.l.1.&.2.ff.de aqua pluuial.ar cend. & hoc præsumendum est, maxime vt euitetur delictum, & multa in conuenientia quæ ex contrario sequerentur recipiendo victualia, & etiam pecuniam, facit quod legitur, & notatur in leg. si defunctus. C. arbitrium tutel. non ergo est mirum, si valet consuetudo maxime antiquissima, vt aliquid detur ipso tempore visitationis vltra victualia, ad hoc facit text. in capitul. si episcopus de offici. ordinar. libr. 6. vbi dicitur quod quando per se non visitat, nihil debet petere à visitatis vltra victualia, quæ exibentur visitanti pro eo: quando ergo visitat per se, videtur secus. Item secus esset quando consuetudo est ita antiquissima, nam & ius publicum & authoritate, & vtilitate tollitur ex consuetudino, saltem quando interuenit tacitus consensus Papæ, vt notatur in quadam extrauaganti, & refert Ioann. Andre. in capitul. fina. de censibus libr. 6.

per tex.in cap.nos consuetudinem. 12. distinct.& addit Domin. Abb. quod etiã, Papa ignorante potest per consuetudinem talle ius tolli:quia satis habetur Papæ consensus,per id quod habetur in ca. fin.de consuetudine,& ca.frustra.8.dist. nam debemus præsumere excursu tanti temporis iustissimam causam,& notanter dixit Bald.in cap.imperialem. §. præterea ducatus de prohibita fœud. alienation.per Federic.quod nullum est ius positiuum quod per consuetudinem non possit tolli arg.in.l.de quibus.ff. de legibus quod tamen ego limito nisi sit irrationabile cap. fin. de consuetudine, sed excursu tanti temporis semper præsumitur rationabile tex.vero noster prohibet quacunq; consuetudinem etiam immemorabilem.

IN VERBIS

Exceptis tantum victualibus,quæ sibi,ac suis frugaliter moderatequè.

Viuere

1 Viuere sine alimentis impoßibile est.
2 Victualium appellatione quid contineatur, & num. 9.
3 Visitator debet cauere ne grauet ecclesias vltra facultates.
4 Episcopus quam mensam habere debet.
5 Comida mediana, cuchillo en vayna.
6 Mucho comer no es barragania, ni passar hambre hidalguia.
7 Clerici vltra tertiam vicem poculum non contingant: prima cratera quid importet, deinde secunda, tertia, & quarta cratera.
8 Prælati splendide viuentes, & cum pompa, an reprehendi poßint.
10 Qualitatem recipientis & damtis victualia considerandum, & etiam consuetudo considerandum est.
11 Cibi appellatione an veniat potus.
12 Victualia ministranda sunt moderate, & pro temporis neceßitate & secundum facultatẽ ecclesiarum.
13 Gratis quædam fiunt ratione personarum vel rerum quæ alias non fierent.

14 *Homines tenuis vite sub aduentu officialium iniurijs affici non debent.*

15 *Legatis lex datur adhibendum lac, ne rubentibus buccis prædicent ieiuniorum doctrinam.*

16 *Prælati non debent frequentare superbas pauperum commesationes, nam species furti est velle elargiri de alieno.*

17 *Sacrificiũ qui offert de sustãtia pauperũ, similis est illi, qui filiũ victimat in conspectu patris*

18 *Curia Romana taxat legatis Cardinalibus in itinerãdo florenos. 40. pro diæ in prouincia vero nõ sit taxatio, sed recipit. 25. partem redditũ.*

19 *Visitator cauere debet à sumptuosis epulis.*

20 *Luxuria est desiderare res delicatas: & demẽtia est, visitatas & nõ magno parabiles fugere*

21 *Procuratio taliter præstanda, vt nulla ecclesia nullusquè prælatus vltra facultates proprias pregrauetur.*

22 *Procuratio integra, & nõ per partes prestãda.*

23 *Procuratio minor longo tempore quamuis præstita esset, non tamen preiudicaret visitandi quo minus integram exigere poßit.*

24 *Procurationem integram si vna ecclesia potest solue-*

ſoluere, tenetur eam ſoluere, quid ſi eſt pauper eccleſia, an aliæ eccleſia ad iungantur.

25 *Archiepiſcopus an tantum viſitabis eccleſias opulentas, & non pauperes.*

26 *viſitamde ſunt eccleſiæ licet ſint pauperes, & qualiter ab eis contributio fiet.*

27 *Procuratio ſemel in anno præſtanda, licet pluries viſitatio fiat: & viſitator etiam auolente non poterit recipere procurationem.*

28 *Stipendia viſitationun licite percipiuntur, cum prælati perſeipſos viſitant, & aliunde non habent congrua ſuſtentationem.*

29 *Viſitator ad vertat, ne Rector eccleſiæ pro ſoluendis procurationibus ornamenta eccleſiaſtica alienet, nec etiam pignoret.*

30 *Eccleſia viſitata dicit ſe eſſe impotentem ad procurandum, & viſitator dicit contrarium cui incumbit onus probandi, & num. 32.*

31 *Si dubium eſt eccleſiam eſſe impotentem, poterit viſitator exigere iuramentum Rectori; & an poſſit ipſum rectorem excommunicare.*

1 ¶ Sine alimentis viuere impoſibile eſt vt ait Ariſtot.Politic.libr.1.cap.5.

2 ¶ Ideo opere preciũ erit videre appellatione victualium quid cõtineatur Dominic.in cap.1.de cenſib. §.procurationes.n.5.dicit quod continetur cibus, potus, veſtis ferramenta & omnia huiuſmodi ad viuendũ neceſſaria, vt in leg.victus ff.de verb.ſignifi.leg.legatis.ff. de alimẽtis & cibar.legatis, & hæc non videtur remiſſa ſi de omnibus alimentis tranſactũ ſit, niſi ſpecificentur.l.cum hi.§.eum qui tranſigit.ff.de tranſactionibus.

3 ¶ Cauere tamen debet viſitator, ne vltra facultates grauet eccleſias, vt in cap. cum Apoſtolus, & ca.ſopite de cenſib.

4 ¶ Et refert Hoſtienſis ad epiſcopum dicens cor mite conſidera ne ſimila & mela faſtidias, qui natus es in paupere domo, & tugurio ruſticano, vt in ca. gloria epiſcopi.12.q.2. & cap. eccleſiæ principes. 35. diſt. epiſcopi namq; debent eſſe contenti modeſta ſupellectili, & menſa, ac frugali victu conc.Triden. ſeſſ.25.ca.

1.de

1. de reformatio. propter quod Ambrosi. in sermone de ieiunio, secundum Gratia.cap.sexto.35. dist. vbi dicit sexto die bestie sunt create:& cum bestijs orta est edendi potestas,& vsus escarum, vbi cibus cepit,ibi finis factus est mundi, vbi cepit sua incrementa nescire, vbi ceperunt diuina opera circa eū cessare, quo iudicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet minui, per quos desijt augeri,& dicit lex.2.tit.22. p.1. comeres de grandes misiones non deuen de mā dar los perlados quando visitaren, mas cosas que son guisadas y con mesura, y recebir las de aquellos que las dieren cō amor y agradecerlo. Valerius Max.narrat lib.2.cap.4. quendam remotum à senatu quia legem limitantem conuiuia abrogauit. ideo conuenit episcoporum mensam frugalem esse, in qua non plura fercula quam tria apponantur conci. prouinciale Tolet. act.2. §.3. propterea habent episcopi pauperam cibum glos. ver. sumptuosas cap. cum Apostolus de

censib.& dicit concil. Trid. sess. 25. de delectu ciborum Hortatur sancta sinodus atq; pastores omnes tanquam boni milites obtestatur, vt sint obsequētes ijs quæ ad mortificationem carnis conducunt, vt ciborum delectus & ieiunia.

5 ¶ Y bien dize el refran: comida mediana, cuchillo en vayna.

6 ¶ Et alibi, mucho comer no es barragania, ni passar hambre, hidalguia.

7 ¶ Vltra tertiam vicem clerici non contingant poculum cap. quando el. 2. 44. dist. glos. in cap. 2. verb. temperate de homicid. Prima namq; cratera ad sitim pertinet. Secūda ad chlaritatem. Tertia ad voluptatem. Quarta ad in saniam, vt per Greg. glos. ver. muy mesuradamente in l. 2. tit. 5. p. 2.

8 ¶ Sed an prælati possint reprehēdi splēdide viuentes & cum pompa solita Specul. & ibid. Ioan. Andr. titu. de electione §. 1. & Ioan. Bertachin. tract. de episcopis p. 1. qualiter eligatur episcopus. n. 16.

9 ¶ Itaq; appellatione victualium cōtinētur

tur eà quæ esui potui & cultui corporis ad tuendũ viuendũq; homini necessaria sunt, & vestis secũdũ Labeonẽ & cetera quibus viuendi curãdi ve corporis gratia vtimur, vt in.d.l.verbo victus.ff.đ verbor.signific.tradũt Ioã.de Imo. ibid.n.5.

10 ¶ Ad cõsiderandũ prædicta inspicere oportet qualitatẽ recipiẽtis quæsit, nam plerisq; episcopis potius bos, quã perdices aut capones præparãdus est. Itẽ attẽdenda est quantitas vel facultas debẽtis prestare:& cõsuetudo regionis notat gl. ver.successores in.d.c. cũ secũdum facit lex, cũ alimẽta.ff.de alimẽtis & cibari. legatis.l.pẽ.§.1.ff.de vsu & habitatione legat.l.2.tit.10.p.4.

11 ¶ Appellatione vero cibi dicit Oldral. cõsi.80.ꝙ nõ venit potus istã tñ opinionẽ Decius affirmat esse falsam, vt refert D.Antõ.de Lar.in.l.si quis à liberis.§.nõ tãtũ.n.6.ff.đ liber.agnoscẽ.vbi dicit legato cibo & pot9 intelligitur legat9, vbi latissime videbis quid veniat appel.alimẽt.

12 ¶ Ista tñ victualia ministrãda sunt moderate ꝓ tẽporis necessitate, & nõ vltra vt

tex.hic.& tex.in capit.cum inſtantia.de cenſib.ne breuis ora longo tẽpore quæſita. conſumat, vt ibi ſingulariter dicit gloſ.ver.pre grauari.in d.cap.cum inſtãtia propter quod illud obſeruandum eſt ſemper procurationem exiberi ſecundũ facultates eccleſiarum cap. inter cetera 10.q.3.cap.fin.cap.cum apoſtolus capit. cum nuper de cenſib.&.l.2.tit.22.p.1. Si autem facultas eccleſiarũ tenuis, & parua eſt, auxilio extra ordinario vtendum eſt.l.1.C.noua vectigal. in ſtitui nõ poſſ. imo à paupere nõ licet exigere, vt in ca. placuit El.3.1.q.1. quia neque iudex exigit à paupere ſportulas, auth. de mãdat. princip.§.ſi tibi collat.3.

13 ¶ Nam ratione perſonarum vel rerũ quædam fuit gratis, quæ alias non fierẽt l.nulli.C.de epiſcopis & clericis.l.đ creationib. C. de epiſcopali audientia gloſ. verb.gratis in.d.autent.

14 ¶ Nec homines tenuis vitæ ſub aduentu officialium in iurijs affici debent vt in leg.illicitas.§.2.ff. de offici. præſid.facit

cap.

cap.eaq; de censib.

15 ¶ Et sic dicta glos. pregrauari. legatis dat legem ad bibendum lac, ne rubentibus bucis prædicent ieiuniorum doctrinam, vt dicit Ioan.And. in cap. ecclesiæ principes.35.dist.cap.gloria episcopi.12. q.2.&.l.36.tit.5.p.1.dicit, dixeron los sanctos que no conuiene aquellos ha quien han de predicar la pobreça, y la cuyta q̃ sufrio nuestro señor Iesu Christo por nos eneste mundo, que la fagan con las hazes bermejas, comiendo y beuiendo mucho.

16 ¶ Nec frequentare debent superbas comesationes pauperum, nec conuiuia extra ordinaria, nã species furti est velle de alieno elargiri.l.si pignori.§. fin.ff. de furtis.

17 ¶ Nam qui offert sacrificium de substantia pauperis, similis est illi, qui filium victimat in conspectu patris cap.immolans.14.q.5.& ecclesiast.in cap.34. & ca. non est putanda.1.q.1.vide Specu. tit.de legat.§.super est ver.illud quoq; non est

omit

omittendum.n.22.vbi late de hoc Ioan. Andr.in cap.procurationes de censib.

18 ¶Et etiam dicit quod curia legatis cardinalibus taxat in itinerãdo florenos.40 pro die. In prouincia vero sibi decreta non fit taxatio,sed recipiunt.25.partem reddituum vt tradit Ioan.Andr.in additionib.ad Specul.d.verb.illud.

19 ¶Et cauere debet visitator a sumptuosis epulis,vt in cap.cum apostolus de cẽsib.& ibi glos.verb.sumptuosas.

20 ¶Vnde Seneca in epistol.ait.Sicut desiderare res delicatas luxuriæ est: ita & vsitatas & non magno parabiles fugere, dementie est.

21 ¶Debet autẽ ipsa procuratio præstari taliter,vt nulla ecclesia, nullusq; prælatus,vltra facultates proprias pre grauetur tex.est & ibi notat Abb.n.4. in. d.ca. cum instantia.de censib. & ibi glos. Anton.de Butrio in cap.sopite.n.6.eod.tit.

22 ¶Quæ quidem procuratio integrade bet prestari,& non per partes, vt notat Ioan.Andr.& Henric.

Et

23 ¶Et quãuis longo tẽpore minor debito procuratio præſtita eſſet, nõ tamẽ preiudicaret viſitãti, quominus integrã exigere poſsit notat Speculat.tit.de cenſib. §.fin.n.3. & Henric. in cap.cum ad quorundam in fin.de exceſsib.prælator.nec obſtat dicit Speculat. vbi ſupra.l. aduerſus,&.l.quamuis.C.de vſuris quoniam illud procedit in odium vſurarum.

24 ¶Propter quod notandum eſt, quod ſi vna eccleſia poteſt integram procurationẽ ſoluere, illã ſoluat: Si autẽ propter paupertatem non poteſt integtã procurationẽ ſoluere, tũc duæ vel plures eccleſiæ coniungũtur.l.1.&.l.2.tit.22.in.d.p.1. vnde ſi ꝓcuratio ad. 40. vna eccleſia nõ poſsit, niſi ad.20.ſoluere, cõiũgitur eccleſia equalis ſibi, & ambæ facient procurationem equalem, ſi vero procuratio aſcenderet ad. 30. & vna eccleſia nõ eſſet potẽs niſi in.10. tũc adiũgitur ſibi alia eccleſia ſi eſt potẽs ĩ.20. vel adiũgãtur duæ eccleſiæ: ſi quælibet eccleſia eſt potens ad ſoluẽdũ.10. caueat tamẽ Rector ꝙ nihil

hil fraudis committat, nec aliquid cõfin gat, si non vult peccatum in obedientiæ incurrere, vt patet in.d. cap. cum instan tia.de censib.

25 ¶ Præter ea doctores quidam dicebãt quos refert, & etiam videtur sequi Ho- stien. quod Archiepiscopus visitabit tan tum ecclesias opulentas, pauperes vero cum aliquid de istis sinistrũ audiet. Sed prædicta opinio non est vera. vnde Za- bar. dicit quod plures tales ecclesias visi tabit eadem die, & ab omnibus exiget vnam tantum procurationem, vt in ca. procurationes de censib. & capit. felicis eod. tit. lib. 6. vbi reprobans opinionem Hostiens. qui innuit, quod si locus non sufficit ad procurationem episcopi, est iusta causa non accedendi, & sic non vi- sitandi. Sed Archid. tenet contrarium, vt dixi.

26 ¶ Quia licet ecclesiæ sint pauperes ta men sunt visitãde, & omnes contribuẽt per tex. in ca. cum istantia, & d. ca. procu rationes de censib. idem tenet Speculat.

in

in tit.de legato.§.super est ver.illud quo q;.n.22.vbi late materiam istã inuenies, & vid.l.1.&.l.2.tit.22.p.1.itaq; fiet distributio iusta posibilitatem,& facultatẽ cu uscũq; ecclesiæ pro sua virili portione arg.Clem.2.de censib. & ibi notat Ioan. de Imola & probatur optime in cap. cõ querente.de offi.ordinar.ibi nisi quantũ pensatis facultatibus: quare si vna plus alia facultatibus:abũdat, plus cõtribuet, & si equaliter abũdãt & æqualiter cõtribuẽt,& si equalitas non seruatur,possent ecclesiæ subdite licite cõquer.facit q, habetur in.l.1.& in.l.qui grauatos. C.de cẽsib.lib.11.tenent Anton. de Butrio in. d. cap.con querente. quidicit se alias de facto sic consuluisse, & sequitur ibi Ioan. de Imol.nu.9. & si ecclesia visitata esset omnino pauper,ita quod nihil ad procurationem posset contribuere,tunc prelatus tenetur visitare illam suis sumptibus notat glos. indic. cap. procurationes de censib.& Ioan. Andr. & doctores in.d.c. conquerente.de offic. ordinar. per tex.

in cap.licet,de censib.

27 ¶Et licet teneatur semel in anno visitare, & etiam possit pluries visitare maxime exigente necessitate, vt supra diximus, non tñ poterit procurationem recipere, etiam auolente, sed eo casu suis expensis visitabit cap.cauendũ.10.q.3.cap. placuit.1.q.2.cap. visitandi.18. q.2. & dicto casu episcopus tenetur suis sũptis Abba.in cap.venerabili.de censib. & ca. cũ instantia eod.tit.Zabar. in cap. cum nuper in fine, & cap. procurationes eo. tit. glos.fin.in cap. venerabili. de cens. quia redditus episcopales ad hoc sunt deputati cap. cum ab omni. deuit. & honestat. cleric.Dominic.in cap.1.§.deniq;. n.14. de censib.lib.6.& dicit Archid.in d.cap. 1.§.deniq; lib.6.quem refert, & sequitur Greg.glos.1.l.1. tit.22.p.1. quod si ecclesia est penitus impotens nihil cõtribuet, sic loquitur dictus tex.in capi.ᵖplacuit.1. q.2. aut non est penitus impotens quia potest aliquid procurare:sed nõ etinger quia semper debet haberi ratio ne mini

ſtri eccleſiæ egeant facit. l. in condemnatione. ff. de regul. iuris, & ne miniſtri alimentis fraudentur. l. qui bonis. ff. de ceſsio. bonorum.

28 ¶Et tunc licite viſitationum ſtipẽdia percipiũtur, cũ prelati per ſe ipſos viſitãt & aliũde non habent cõgruam ſuſtentationẽ. Sot. de iuſtit. & iure. li. 9. q. 6. art. 2.

29 ¶Et debes aduertere ne rectores eccleſiarum pro ſoluendis procurationib. ornamenta eccleſiaſtica alienent, nec etiã pignorent, vt in cap. cum apoſtolus de cenſibus & ibi doctores ca. 1. de pignoribus Clem. ſi beneficiorum de decim.

30 ¶Sed finge quod eccleſia viſitata dicit ſe impotentẽ ad procurationẽ ſoluẽdã viſitator autem dicit eſſe potentẽ, cũ adhibenda eſt fides, cui nãq; incumbat onus probandi Abb. in. d. ca. procurationes. n. 7. de cenſib. refert Hoſtienſem ſic diſtinguentem quod aut euidenter conſtat, quod eccleſia ſit potens ſecundum famam communem. l. cum delanionis §. aſinam. leg. ſi vero. §. 1. ff. qui ſatiſ-

dat.cogant.tunc enim procurare cõpel litur,aut euidenter liquet,quod ecclesia eget, & tunc non cogitur arg. cap.Odoardus de solution.

31 ¶Aut dubitatur ecclesiam esse impotentem,& tunc potest prælatus, si vult exigere iuramentum, quod veritatem dicit,& stabitur dicto suo arg.cap.fin. de iure iurand.poterit etiã visitator ipsum ex cõmunicare si suspectum habet, sub hac conditione si in fraudem, vel falso asserat se impotentem arg.cap.preterea el.2.de appellat.& sic relinquitur cõ sciẽtiæ sue cap.mulieri.de iure iurando, ita Hostiens.vbi supra quẽ sequitur ibi Ioan Andr.& Zabar.& Henr. quod autem visitator poßit sic ex communicare facit cap.sacro.vers.quid si talis de senten. ex communicat.

32 ¶Itaq; quis teneatur probare ecclesiã non esse soluendo,seu ecclesiam non sufficere vide glos.& doctores,in cap. quoniã m deuit.& honestat. cleric. & ibi per [illegible] ol.num.6.Bart.in.l.vbi.num.fin.C.de

iure doti.& late in l.si constante.ff.solut. matrimon.

IN VERBIS.

Pro temporis tontum necessitate, & non vltra erunt ministranda.

1 *Procuratio an debeatur pro vno tantum die.*

2 *Visitator moram trahere in vna ecclesia per vnam diem an & per plures possit.*

¶ Procuratio debetur pro vno tantū die cap.inter cetear.10.q.3.ca. felicis,de censib.lib.6.Innoc.in cap.1. de censibus eod.lib. ver. visitatis dicit quod si pluribus diebus oportet visitantem in vna ecclesia intendere semper procurabitur. cap.placuit.10.q.1.nam si in d.cap.1.conceditur archiepiscopo redire ante primam procurationem non completam cap.fin.de censib.lib.6.& iterum procurabitur fortius secundum,cum licet manere,& visitationem perficere.Nec obstat.d.cap.inter cetera, quia intelligitur

cũ vna die poteſt viſitatio expediri. Nec eſt malignandum contra iura. Secundũ Innoc. allegat. Hoſtienſ. cap. viſitandi, & cap. non ſemel. 18. q. 2. alij doctores in d. cap. inter cetera dicunt quod dictũ ca. placuit. eſt correctum. Sed præcedens dictum communiter tenetur & ad addictũ ca. felicis reſpondet Ioan. Andr. in d. ca. 1. de cenſib. lib. 6. quod non dicitur quod vna ſola die debeat procurari, ſed quod pro vna die ſolum vnam procurationẽ debet habere, etiam ſi plures eccleſias viſitet eadem die. Domin. in d. ca. 1. de cenſibus lib. 6. §. deniq; n. 13.

2 ¶ Dicit etiam Ioan. Andr. quod viſitator communiter habet ſeu trahet morã in vna eccleſia per vnam diem, & partẽ alterius diei. Nam ſecundũ aliquos poſt quam ſtetit per vnã diẽ in vno loco die ſequenti prædicat ad populum, & vadat ad vicinam eccleſiam ad prãdium. Alij vero dicunt, quod procuratio incipit in cena, & finitur in prãdio die ſequenti, ſic ſunt duo dies, & iſta eſt cõmunis opi-

